MASTER NEGATIVE

NO. 91-80085-10

AUTHOR:

PLUTARCH

TITLE:

DE MUSICA

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1856

Master Negative #

91-80085-10

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
ID:NYCG91-B44129   RTYP:a   ST:p   FRN:    MS:     EL:1    AD:04-25-91
CC:9665  BLT:am    DCF:     CSC:d  MOD:    SNR:    ATC:    UD:04-25-91
CP:nyu    L:lat    INT:     GPC:   BIO:    FIC:0   CON:
PC:r     PD:1991/1856       REP:   CPI:0   FSI:0   ILC:    MEI:1  II:0
MMD:     OR:    POL:    DM:    RR:         COL:    EML:    GEN:   BSE:
010     06032347
040     NNC‡cNNC
041 0   latgrc
050 0   ML168.P7‡bV8
100 00  Plutarch.
245 10  De musica‡h[microform];‡ceditit Ricardus Volkmann.
260 0   Lipsiae,‡bSumptibus et typis B. G. Teubneri,‡c1856.
300     xxiv, 171 p.‡c23 cm.
650  0  Music, Greek and Roman.
700 10  Volkmann, Richard Emil,‡d1832-1892.
LDG     RLIN
QD      04-25-91
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 6-11-91 INITIALS M.B.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

PLUTARCHI

DE MUSICA.

PLUTARCHI

DE MUSICA

EDIDIT

RICARDUS VOLKMANN.

LIPSIAE
SUMPTIBUS ET TYPIS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLVI.

V. CL.

HENRICO KEILIO

PRAECEPTORI AMICO

S.

Lectoribus Benivolis Salutem.

Musicae vocabuli duplicem fuisse apud veteres significationem hodie inter omnes constat. Primum enim omnes artes comprehenduntur hoc nomine, quas nosse hominem ingenuum decebat, quaecunque aliqua ratione ad liberiorem animi cultum pertinebant. Itaque apud Platonem musica est ipsa philosophia, v. Wyttenb. in Plat. Phaed. p. 127. Cuius locutionis prima vestigia ab ipso Socrate repetere licet, cui pridie eius diei, quo Plato in discipulorum numerum receptus est, cygnus musicus in gremium volare per somnia visus est, v. Pausan. I, 30, 3. Omninoque eae partes, quas gymnasticae Graecorum artes in corroboranda et excolenda corporum sanitate vindicabant, in tuenda animorum sanitate musicae fuerunt. De re Bernhardyum in Hist. Litt. Gr. I p. 73 adire sufficit. Locutionis exempla olim congesserunt Wallis. in Ptolem. Harm. p. 284 et Locella in Xen. Eph. p. 125 sqq. Itaque *ἡ τῶν ἐγκυκλίων μουσική* apud Philon. de ebr. III p. 190 idem est quod *ἡ ἐγκύκλιος παιδεία*. Cui proxime accedunt Achillis Tatii verba I, 8: *εἰ μὲν ἰδιώτης ἦσθα μουσικῆς γνώσεως* h. e. si ab humaniorum litterarum studiis abhorreres, nec non Xenophontis Ephesii I. 1: *παιδείαν τε γὰρ πᾶσαν ἐμελέτα καὶ μουσικὴν ποικίλην ἤσκει.* Similiter Dio Chrysost. or. LIII, 7, ubi Homericam poesin usque ad Indorum oras pervulgatam esse narravit, exclamat *τοσοῦτον ἴσχυσεν ἑνὸς ἀνδρὸς μουσική.* Rem conficit Philemon apud Plut. de audd. poett. 13 p. 35:

> *ἥδιον οὐδέν, οὐδὲ μουσικώτερον*
> *ἔστ' ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.*

candemque significationem Aeliani verbis V. H. XII, 50:

Λακεδαιμόνιοι μουσικῆς ἄπειροι εἶχον subesse certum est. Ut rem paucis absolvam, adeo haec latior musicae significatio invaluit, ut ea, quae nobis quidem vocatur musica et musicae speculatio, apud veteres ἁρμονική plerumque vocata sit. Contra neque ii defuerunt, qui propriam et strictiorem vocabuli significationem retinerent, quorum in numero ipse Plutarchus est. Porro si vocabula derivata circumspicimus, ἀνὴρ μουσικός raro est is, qui musicam ipsam exercitatione persequitur, sed relatis his verbis ad musicae cognitionem et rationem is potius, qui non tantum Harmonicam et Rhythmicam, sed et Metricam, Organicam ac reliquas musicae partes callet (Meibom. Aristox. p. 76), qui nobis vocatur: ein musiker von fach. Vel ut Boethii verbis utar de Mus. I, 34 p. 1085 (ed. Basil.): 'is est musicus, qui ratione perpensa, canendi scientiam, non servitio operis, sed imperio speculationis assumit' — et paullo post: 'musicus est, cui adest facultas secundum speculationem rationemve propositam, ac Musicae convenientem de modis ac rhythmis, deque generibus cantilenarum ac de permixtionibus — ac de poetarum carminibus iudicandi'. — Contra ἀνὴρ μουσουργός est is, qui uni alterive instrumento musico vel pulsando vel inflando venustos sonos elicit, cuius rei facultatem exercitatione paravit. Itaque apud Heliod. II, 24 Thisbe puella Atheniensis, quae citharam paullulum pulsare didicit, vocatur μουσουργίαν ἀρίστη. Denique φιλόμουσος modo Musarum artiumque amicum significat, modo musicae fautorem, velut in Plut. coniugg. praec. c. 17 et Dion. Chrys. or. XIX, 3: εἰμὶ δὲ φιλήκοος καὶ φιλόμουσος ἀτεχνῶς, οὐ πάνυ ἔμπειρος ὢν μουσικῆς.

Sed de his hactenus. De verbis enim disputandum fuit, primum ne quid omisisse viderer, deinde ut semel absolverem, quae in decursu libelli passim iterata molestiam pararent. Iam vero ut ad ipsum, quem tractandum suscepi, Plutarchi de Musica dialogum accedam, veterum scriptorum, qui harmonicam musicae tractationem litteris consignarunt, haud pauci supersunt commentarii: contra a quibus profecta initiis ad quosnam successus et perfectionis gradus musica pervenerit, ex uno discimus Plutarchi libello, unde ea de-

mum lucem suam accipiunt, quae Athenaeus in Deipnosophistarum libro IV et XIV hac de re dispersa tradidit. Plutarchi autem hunc dico libellum, quamquam bene scio et fuisse et esse inter viros doctos, qui eum inter spurios referrent. At si sententiae caussas requiris, nullae proferuntur, ita ut ad meam quidem notitiam una Amyoti pervenerit, qui stilum atque elocutionem libelli a Plutarcho alienam videri affirmavit his brevissimis verbis: 'le style ne semble point estre de Plutarque'. Dudum vere eius sententiam explosit Burettus in libro, cui nomen est Memoires de Littérature tirés des registres de l'académie royale des inscriptions et belles-lettres, volumine VIII p. 27 ed. mai., v. XI p. 44 sqq. ed. min.

Nam ut a codicibus proficiscamur, quamquam quod vehementer doleo, accuratiorem eorum notitiam quam Burettus parare non potui, nullum tamen, si quid ex aliorum ea de re silentio colligi potest, audivi Plutarchi esse librum, cui desit tractatus de musica, siquidem integrum Moralium quae dicuntur corpus exhibere velit. Immo omnes eum in fine collectionis proferunt, nec non esse aut fuisse libros, qui eum medio corpori inseruerint, testis est editio Moralium Aldina anni 1509. Sane in Lampriae qui fertur catalogo dialogus de Musica inter Plutarchi scripta non recensetur. Hunc vero catalogum mutilum esse sub fine, ut si quae in eo desiderarentur Plutarchi scripta hoc nondum ad eorum damnationem valeret, iam Fabricius monuit in Bibliotheca. Praeterea alius est amplior catalogus, quem e codice Veneto Siebenkeesius vulgavit, post eum Harlessius in Additam. ad Fabric. Bibl. Gr. V p. 167, in quo de musica dialogus nominatus est, quamquam ne huic quidem catalogo magnam auctoritatem tribuendam esse censeo. Ac si quis ex sola dialogi elocutione vel compositione hanc solvere quaestionem vellet, utrum genuinus esset an spurius, res foret perquam difficilis et ardui negotii. Etenim Plutarchus in elocutione nullam certam sequitur normam, sed a lectione eorum scriptorum pendet, quos in componendo aliquo dialogo secutus est auctores: cuius rei luculentum testimonium cum in aliis, tum in eo cerno, quod inveniuntur aliquot vocabula in singulis dia-

logis decies vel vicies usurpata, quae deinde in aliis frustra quaeruntur. Multo minus etiam in conformandis enuntiatis Plutarchus sibi constat, qui modo amplas periodos artificiose struxerit, modo in pusilla cola et commata sententiam quasi discerpserit, tamquam Senecae aliquam commentationem Graeco sermone reddere voluerit. Inde factum est, ut aequabilis orationis color in Moralibus saltem scriptis saepe desideretur, quod non miror in eo auctore, qui optimorum quidem librorum lectione formatus erat, sed Atticistarum elegantias, quales in Luciano et Dione Chrysostomo admiramur, ne de affectato sane Philostratorum scribendi genere dicam, parum curavit. Itaque si quae insunt dialogo de Musica neglegentius paullulum dicta, sive syntaxin spectas, sive vocabulorum delectum, et quae Plutarcho quamquam non in omnibus at in plurimis tamen probato scriptore minus digna videantur, cum in hoc, tum in aliis eiusdem libellis ferenda sunt. Supererunt alia multoque plura, quae in omnibus fere eius scriptis redeunt eundemque auctorem manifeste probant.

Summa vero dialogi cum in musicorum cohortatione versetur, ut abiecto fuco et neglectis mollibus depravatae artis deliciis ad pristinam simplicitatem redeant et severam antiquiorum disciplinam, apertum est, quam bene hoc scriptum conveniat cum tota Plutarchi indole et ingenio, quem temporis acti laudatorem severumque laxatorum morum censorem ubique deprehendimus. Accedit quod ipsum Plutarchum *φιλομουσότατον* fuisse et in musicis disciplinis haud mediocriter versatum cum multi librorum loci testantur, ubi in musicam aliquam quaestionem sermo incidit, tum mos Plutarchi, qui paene in consuetudinem abiit, ut sermonem ornatus caussa comparationibus et imaginibus a musicis rebus petitis illustraret. Cf. de adul. et am. p. 67, 3 (ed. Duebneri): de prof. in virt. p. 90, 1. p. 100, 10: de inim. util. p. 104, 13: de amic. multit. p. 115, 20: de fort. p. 118, 39. p. 19, 19 et alia plura, quae Burettus congessit l. l. p. 61 sqq. Tamen ne unum quidem inveni locum, in quo pugnantia et iis contraria proferrentur, quae in ipso de Musica dialogo legimus.

His igitur omnibus sive externis, sive interioribus argumentis consideratis ac perpensis nihil video, quin libellum genuinum esse censeam et ab ipso Plutarcho scriptum. Sunt tamen aliquae caussae, cur eum Plutarcho iuveni tribuam, quarum praeter magnam compositionis similitudinem, quae inter dialogum de Musica et alios quosdam libellos intercedit, quos iuvenem scripsisse Plutarchum certum est, gravissimam hanc habeo. Propter Soterichum Alexandrinum inter Onesicratis commemoratum convivas, eo animo inducor, ut eundem illum esse Onesicratem statuam, cuius in Quaestt. Convivv. V, 5 facta est mentio, clarissimum medicum Alexandrinum, cuius in conviviis doctae disputationes instituebantur. Adiit eum Plutarchus Alexandriae cum Lampria avo admodum iuvenis. Iam vero, si in dialogo de Musica Onesicrates inter vivos refertur, non potest dialogus compositus esse nisi ea aetate, qua prima eruditionis specimina Plutarchus edere coepit, quo tempore rebus physicis imprimis et materiae medicae operam dedit, quae studia transitu fortasse per Nicandri interpretationem facto grammatica deinde exceperunt et poetica, postremo historica philosophicis mixta, quamquam haec, quae altioris sunt disputationis, non pro certis affirmare audeo.

Iam cum eo perventum sit, ut de fide et auctoritate dialogi, uti nunc res est historiae musicae Graecorum fere unici fontis, inquiramus, dicendum est de auctoribus, quos Plutarchus secutus sit, more suo fortasse ad verbum exscripserit. At quia ipse de paucissimis nominatim rettulit, omnino quattuor tantum in censum veniunt. Primus est Heraclides Ponticus, quem in iis secutus est, quae ad fabulosam musicae aetatem spectant per totum caput tertium. Sed Heraclides iste, homo, ut omnes sciunt, et ad mentiendum paratissimus et in odorandis aliorum fraudibus hebetissimus, ut Lobeckii verbis utar ex Aglaoph. p. 328, parvam immo minimam fidem meretur. Etiam omnia ista, quae de Thamyris Titanomachia, de Demodoci et Phemii carminibus eorumque forma disputantur, ficta et inepta sunt: quae quamvis maximam partem non pro certis proferantur, omnino ne proferri quidem debebant. Secundus qui in cen-

sum venit, est Glaucus Italus. Hunc nominavit Plutar
chus in capite quarto, septimo, bis in decimo, et tribus
quidem in locis in aperiendis temporum descriptionibus, ita
ut ipse, si quid video, eius auctoritati ad constituendam
veterum musicorum et poetarum aetatem multum tribueret.
Glaucus ille Rheginus erat, secundum Diog. Laert. IX, 38
Democriti aequalis circa Olymp. LXIII. Scripsit librum de
antiquis poetis et musicis per errorem a quibusdam Anti-
phonti oratori tributum, Plut. X Rhett. p. 833 D. Cf. Ion-
sius Ser. Hist. Phil. I, 4 p. 26. Voss. Hist. Gr. IV p. 137
Westerm. C. Mueller Fragm. Hist. Gr. II p. 23. Senge-
busch. Dissert. Homer. I p. 208. Pauca huius scriptoris
quae supersunt fragmenta virum produnt eruditum et accu-
ratum, ut considerata magna eius antiquitate, diligentiore
examine, quae inde proferuntur, dignissima omnia videan-
tur. Neque musicae theoriae imperitus fuit, siquidem idem
est Glaucus, qui propter subtiliora quaedam artificia acu-
stica cum Hippaso Metapontino inventa in proverbium abiit,
v. Zenob. II, 91 et Leutsch. ad h. l. De Alexandri Po-
lyhistoris fide, recentioris scriptoris, e cuius de Phrygia
libro ea maximam partem petita videntur, quae de Phrygiis
musicis Plutarchus tradidit, nihil proferre possum. Quar-
tum denique scriptorem secutus est Aristoxenum Ta-
rentinum cognomine Musicum, clarissimum musicae theo-
riae post Pythagoreos instauratorem, cuius auctoritas in rebus
musicis apud Graecos usque ad Claudii Didymi et Ptolemaei
aetatem maxima fuit. Ex Aristoxeno autem fluxisse viden-
tur fere omnia, quae inde a capite decimo quinto de musica
theoria prolata sunt, etiamsi scriptoris nomen non ubique
laudatum est. De iis tamen, quae ad musicam historiam
inter Aristoxeni fragmenta spectant, quantaecunque fuit viri
doctrina, iudicium caute adhibendum est. Nam interdum
erravit, quod cum alia probant, tum disertum Proculi testi-
monium in Platonis Timaeum III p. 192. Alios scriptores
de re musica, si forte Lysin Pythagoreum excipias semel
in c. XVI allegatum, Plutarchus non commemoravit. Quam-
quam plures eum suum in usum convertisse, pro ea, quae
eius erat doctrina et incredibilis paene lectionis assiduitas,

probabile, immo certum est propter capita quaedam, impri-
mis vicesimum octavum, ex tribus quattuorve scriptoribus
manifesto compilata.

Quae cum ita sint, certe laudandus est Plutarchus pro-
pter diligentiam in consulendis fontibus. At cum ipse in
diiudicanda fontium fide parum iudicii adhibuerit, certe hic
de Musica dialogus prae reliquis Plutarchi scriptis dignus
est, qui ampliore commentario illustretur, ut omnibus, quae
de musica historia supersunt, antiquitatis testimoniis in
unum collectis singula quaeque suam inde lucem accipiant.
Hoc igitur primum et fere unicum fuit in conscribendo li-
bello consilium, ut omnia quae ad illustranda Plutarchi
verba tam apud veteres, quam recentiores scriptores face-
rent, siquidem ad meam notitiam venerint, quam diligen-
tissime congererem, congesta et ordinarem et diiudicarem.
Quod si cui in hac operis parte parum nonnunquam profe-
cisse videor, meminerint lectores, eam omnino esse musicae
historiae naturam, ut ubique figmentis scateat, certam vero
et firmam traditionem fere nunquam patiatur. Musica enim
prae reliquis artibus vulgi oblectationem spectat: placent
eius inventa: sed nova priora longa serie excipiunt, quae
omnia semel audita subito negleguntur, oblitteratis invento-
rum nominibus, ab aequalibus tantum aliquantisper cele-
bratis. Itaque in musica historia fluctuant omnia et incerta
sunt. Quod certe neminem fugit in his studiis versatum.
Quantis enim nubibus vel ea obtecta sunt, quae de Vito Are-
tino recentioris musicae inventore eiusque mara ad nostram
memoriam venerunt. Quam arduum foret et difficile, si quis
Dithyrambi historiam apud recentiores, illud dico cantilena-
rum genus, quod Italo vocabulo Opera vocatur, per saecu-
lorum decursum accurate persequi et in praesentiam usque
continuare vellet? Et quae tantum illa fuerunt, quae Ari-
stoxeni aetate de antiquissima Graecorum musica omnino sciri
potuerunt? Nihil puto praeter pauca nomina eaque
incerta: ipsius musicae, cantilenarum dico et
modorum, vix unum alterumve supererat fra-
gmentum. Harmonicas quaestiones non vitavi quidem, sed
tum demum attigi, quotiens ad intellegenda ipsius Plutarchi

verba necessarium videbatur. Contra si quae passim proposui in commentario, quae, quia a communi virorum doctorum consensu recedunt, lectoris movent mirationem, caussas quaeso accurate inspiciat, cur ita statuerim. In quibus errare facile potui, saepius fortasse erravi. Nunquam vero eum me gessi, 'qui nova dicendi gloriola motus, consulto summa imis miscere et in scriptorum verba grassari' voluerim.

De reliquo operis instituto pauca addenda sunt. Novam textus recensionem ad eas, quae hodie valent, criticae disciplinae regulas conformatam exhibere nec volui, nec potui. Itaque repetendam curavi editionem Duebnerianam ad novam codicum Parisinorum collationem institutam, multis certe locis Wyttenbachiana praestantiorem et emendatiorem. Adhibui tamen novam praestantissimi codicis Vaticani CXCII collationem, a Franzio olim factam professore Berolinensi, cuius apographum summa liberalitate Poethko vir clarus superiorum ordinum in gymnasio Grimensi praeceptor, penes quem hodie omnes Franzii schedulae, quas ipse ad novam musicorum Graecorum editionem parandam collegerat, servantur, per Bellermannum virum humanissimum rogatus meum in usum transmisit. Quibus viris optime de mea editione meritis, non possum, quin publicas gratias agam quam maximas. Atque Duebneri scripturam e libro Romano mutavi in locis infra scriptis: Cap. III verba *τὴν κιθαρῳδίαν καὶ* uncinis inclusi, quae desunt in codice. Post *Θάμυριν δὲ τὸ γένος Θρᾷκα* addidi *καί*. C. VI: *τὰ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς* R = *τὸ γ. π. τ. θ.* D. C. XII: *κατ᾽ αὐτοὺς τὴν ἡλικίαν* = *κατὰ ταύτην τ. ἡ.* C. XVII: *ὅτι καὶ ἐν ἐκείναις* R et Wyttenb. = *καὶ ἐκείναις*. — *ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι προσόδια* (sic etiam cod. Paris. 3 teste Baretto) = *ἔτι*. C. XXV: *παραγιγνόμενα* = *παραγινόμενα*. C. XXVII: *διαφθορὰς* = *διαφορὰς*. C. XXIX: *κέχρηται ἐν τοῖς Μητρῴοις* (v. Wyttenb. not. ad h. l.) = *κέχρηνται*. C. XXXIII *εἶναι* addidi post *αἰτίαν*, ibidem *καί* ante *τὸ ἦθος*. C. XLIII scripsi *τοῖς* (R *τὰ τοῖς*) *καιροῖς παρέλαβε*. postea *ἔδῃν* = *ἔδην*. C. XLIV: *γίγνεσθαι* = *γίνεσθαι*. in fine addidi *σύν* post *παισί*. Porro in c. XVII e coniectura ingratum sustuli hiatum *οὐ*

μὰ Δία ἀγνοήσας. C. XXVIII *εἰς διθυράμβων* scripsi pro *εἰς διθύραμβον*. Initio autem c. XLIV *ἡμῖν* retinui ex editione Wyttenbachii. Praeterea haud pauca mutavi ex coniectura, tam aliorum virorum doctorum quam meis qualibuscunque emendationibus in textum receptis, ratione tamen in commentariis ubique reddita. Idque eo magis faciendum esse duxi, quod omnes, qui hodie supersunt, Moralium Plutarchi codices ex archetypo duxerunt plurimis in locis depravato mutilo et interpolato, de quo Duebnerus dixit in praefatione editionis. Ipse vero de Musica dialogus prae reliquis corruptus fuit in illo archetypo ab inscitis librariis in musica certe materia parum versatis, ut exiguam omnino rei criticae salutem iam e codicibus sperare possit. Quam opinionem ea quoque confirmarunt variae lectionis specimina, quae ex aliis codicibus Italis R. Hercherus benigne per epistolam mecum communicavit. Itaque cui bono fuisset, si omnia, quae corrupta leguntur in codicibus, anxie retinuissem ablegatis lectoribus ad annotationem? Quo tamen in loco eam mihi severe imposui legem, ut nullas reciperem coniecturas, nisi quae aut certissimae viderentur aut summam exhiberent verisimilitudinem, etiamsi alii aliter fortasse de iis iudicabunt. Corruptis verbis, quibus vehementiorem medelam adhibere nolui, unum asteriscum praefixi. Duobus vel tribus asteriscis notavi lacunas. Interpolatorum additamenta, quae videbantur, uncinis inclusi.

Versionem addidi latinam Wyttenbachii post Duebnerum plurimis in locis correctam et emendatam. Profecto aliam dedissem antiquiorem ad bonum codicem factam, cui haud paucum subsidii critici inest, modo eam comparare licuisset. Caroli Valgulii dico versionem hominis Itali separatim editam praemissa in Plutarchi Dialogum de Musica ad Titum Pyrrhinum dissertatione, quae primum prodiit Brixiae a. 1507 quaternis foliis apud Angelum Britannicum. Repetita est cum eiusdem Valgulii versione praeceptorum coniugalium et dialogi de virtute morali Basileae apud Cratandrum. Eadem opuscula addito libello de placitis philosophorum eodem Valgulio interprete cum aliis quibusdam Plutarchi scriptis, Censorino et Cebetis tabula, Parisiis pro-

dierunt apud Ascensium a. 1514 forma maxima, v. Maittair. Ann. Typogr. T. II p. 225. Quartam editionem Venetiae a. 1532 octonis foliis novi ex Graessii Historia Litteraria. Hanc igitur versionem ipse non vidi, itaque ea tantum lectoribus offerre possum, quae Burettus inde in commentationibus suis exscripsit. Ne tamen omni splendore destitueretur mea editio, Jacobi Amyoti integram versionem Francogallicam ex editione Parisina a 1582 addere volebam. Amyotus enim scriptoris verba non solum accurate expressit, venusto et suavissimo dictionis genere adhibito, ut eius versio omnibus, qui aliquam litterarum Gallicarum notitiam habent, pergrata sit, sed ipsa Plutarchi verba bonis adiutus subsidiis criticis emendavit. In quo quanta eius fuerit cura et diligentia, in conferenda codicum tam Gallicorum quam Italorum et veterum editionum varia scriptura, in consulendis et colligendis virorum doctorum coniecturis, post Fabricium in Bibliotheca Graeca, nuper exposuit Augustus de Blignières in libro cui nomen est: Essai sur Amoyt et les traducteurs français au XVI siècle, Paris. 1851 p. 208. Mox autem consilio meo aliis de caussis mutato, in eo acquiescendum putavi, ut varias scripturas ex Amyoti versione enotarem.

Reliquum est, ut de B u r e t t o dicam, viro de accuratiore veteris Graecorum musicae cognitione optime merito, qui hunc de Musica dialogum peculiari diligentia illustravit et amplissimo commentario instruxit. Cui cum multa insint, quae pro nostra antiquarum litterarum cognitione aut obsoleta videantur aut falsa, plura de quibus hodie nemo in commentario disputaverit, sane totus lectoribus proferri non potuit. Quicquid autem bonae frugis eius annotationibus inesse censebam, accurate excerpsi, auctoris addito nomine, quem suo frustrare honore relligiosum fuit. Commentarium autem Buretti intellego singulas viri doctissimi commentationes Commentariis Academiae Francogallicae Inscriptionum intra annos 1728 et 1743 insertas, quos allegavi ex editione minore T. XI p. 13. 70. 127. T. XIV p. 172. 278. T. XIX p. 272. T. XXIII p. 63. T. XXVI p. 48. 96. 132. 171. Ipsam enim Buretti editionem, quae Parisiis prodiit 1735

foliis quaternis hoc titulo: Dialogue de Plutarque sur la musique, traduit du Grec par J. Pt. Burette avec des remarques, — rarissimum librum, cuius duodecim tantum exemplaria typis excussa dicuntur, non legi. Plurimum vero in interpretandis Plutarchi verbis profeci ab egregia illa et copiosa expositione de Graecorum poesi melica, quam B e r n h a r d y u s vir clarissimus dedit in Historia litterarum Graecarum, quam debita pietate meum in usum converti. Haec fere habui, de quibus praefationis loco lectores monerem. Qui ut meum laborem benivole et aliquo cum fructu excipiant, vehementer oro et opto.

Hactenus scripseram aliquot mensibus abhinc. Iam vero typothetarum plagulis iterum perlustratis primum video in p. 9, 19 nescio quo casu in Plutarchi verbis editum esse *τελευταῖόν τε Περίκλειτον* pro *τελευταῖον δὲ Περίκλειτον*. p. 49, 20 l. *Λακεδαιμονίους*. Alia vero mea culpa in commentario desiderantur, quae cum integra etiamnunc in schedulis meis reperiantur, infra scribere placuit. Itaque monendi erant lectores me in p. 22, 20 *ἐπὶ* omisisse ante *τοῦ Ἀωρίου τόνου*, quia librarii errore ex praecedente versu sine causa iteratum videbatur et prorsus otiosum. Praeterea haec addantur:

p. 56, 1: *καθηγητής* enim is est, ad cuius exemplum nosmet ipsos conformamus, quem tamquam vitae ducem et moderatorem sequimur, *διδάσκαλος* is, a quo discimus aliquid; itaque accipienda sunt uxoris verba apud Plut. coniug. praec. c. 48: *οὐχ ἧττον δὲ σεμνὸν ἀκοῦσαι γαμετῆς λεγούσης· ἄνερ, ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι καθηγητὴς καὶ φιλόσοφος καὶ διδάσκαλος τῶν καλλίστων καὶ θειοτάτων*. Aristotelem Hermiae *καθηγεμόνα* vocavit Himer. or. VI, 6.

p. 58, 37: Quae de Platonicis dixi suam lucem accipiunt e Sexto Empir. adv. Mus. p. 753, 27: *καὶ μὴν εἰ οὔτε οἱ περὶ τὸν Πλάτωνα μουσικὴν ἀπεδέξαντο κτλ.* De Peripateticorum autem et ipsius adeo Theophrasti studiis musicis prae ceteris commemorari debebant Plutarchi verba Non posse suav. p. 1095 E: *τί λέγεις, ὦ Ἐπίκουρε; κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν ἕωθεν ἀκροασόμενος εἰς τὸ θέατρον βαδίζεις, ἐν δὲ συμποσίῳ Θεοφράστου περὶ συμφωνιῶν διαλεγομένου καὶ Ἀριστοξένου περὶ μεταβολῶν, καὶ Ἀριστοτέλους* (ita A.

Nauckius in Mus. Rhen. N. VI p. 132 pro Ἀριστοφάνους) περὶ Ὁμήρου. τὰ ὦτα καταλήγῃ ταῖς χερσί, δυσχεραίνων καὶ βδελυττόμενος; — quibus de verbis quae Nauckius scripsit l. l. p. 433: 'dunkel sind mir im obigen die Worte περὶ μεταβολῶν. sollten etwa hiermit physikalische fragen angedeutet sein (wetterveraenderungen und aehnliches), so wuerde man erwarten Ἀριστοξένου περὶ συμφωνιῶν διαλεγομένου καὶ Θεοφράστου περὶ μεταβολῶν κτλ.' — erroris plena esse nemo non videt. Nam μεταβολαί intelligendae sunt mutationes musicae. Ex eodem Plutarchi loco etiam sequentia describenda sunt, quae ad musicam spectant: ποῖος γὰρ ἂν αὐλός, ἢ κιθάρα διηρμοσμένη πρὸς ᾠδήν, ἢ τις χορὸς οὕτως ηὔφρανεν Ἐπίκουρον καὶ Μητρόδωρον, ὡς Ἀριστοτέλη καὶ Θεόφραστον καὶ Ἱερώνυμον καὶ Δικαίαρχον οἱ περὶ χορῶν λόγοι καὶ διδασκαλίαι, καὶ τὰ δι' αὐλῶν προβλήματα καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν. οἷον διὰ τί τῶν ἴσων αὐλῶν ὁ στενώτερος βαρύτερον φθέγγεται· καὶ διὰ τί, τῆς σύριγγος ἀνασπωμένης, πᾶσιν ὀξύνεται τοῖς φθόγγοις, κλινομένης δέ, πάλιν βαρύνει, καὶ συναχθεὶς πρὸς τὸν ἕτερον βαρύτερον, διαχθεὶς δ' ὀξύτερον ἠχεῖ.

p. 61, 19: Ceterum Plutarchus ipse ἀναγραφάς, quae sua aetate Spartae servabantur, inspexerat. Praeter locum e libro adv. Colot. allatum huc facit vit. Ages. c. 19: 'ἡμεῖς δὲ εὕρομεν ἐν ταῖς Λακωνικαῖς ἀναγραφαῖς ὀνομαζομένην γυναῖκα μὲν Ἀγησιλάου Κλεόραν, θυγατέρας δὲ Εὐπωλίαν καὶ Προλύταν. Cf. Hertzberg. vita Agesilai regis p. 226. Etiam infra in capite octavo fasti Panathenaeorum, nisi fallor, ita allegantur, ac si ab ipso Plutarcho inspecti fuerint. Mirum est Pausaniam nihil nominatim ex fastis rettulisse.

p. 64, 22: πόρθησις praeterea inveni apud Ioseph. Antiqq. X, 10, 3 T. II p. 327, 1 Bekk. et Alciphron. III, 45.

p. 65, 31: De interpunctionis signis, si quid video, rem nuper confecit Carolus Schmidtius Sedinensis amicus doctissimus in libello gratulatorio, quo gymnasii Sedinensis magistri quarta saecularia Academiae Gryphiswaldensis prosecuti sunt.

p. 68, 20: Alium tamen nomum et fortasse ne nomum quidem spectare videtur Sext. Empir. adv. Mus. p. 752, 15:

τὸ αὐτὸ γοῦν μέλος τῶν μὲν ἵππων διεγερτικόν ἐστι, τῶν δὲ ἀνθρώπων ἐν θεάτροις ἀκουόντων οὐδαμῶς. καὶ τῶν ἵππων δὲ τάχα οὐ διεγερτικόν ἐστιν ἀλλὰ ταρακτικόν.

p. 69, 11: In eodem vocabulo et simillima quidem ratione peccaverunt librarii in Athenag. leg. c. 1, ubi pro Τέννην ὁ δ ί α ν rectissima Gesneri coniectura Τέννην ὁ Τε ν έ δ ι ο ς restituit.

p. 73, 17: Neque aliter *Glauca Chia* nobilissima citharistria (cf. Bergk. Mus. Rhen. N. I p. 357 sq.) vocatur κρουματοποιός a Schol. Theocr. IV, 31, nimirum quod etiam tibiis cecinit, id quod docere videtur Hedyli epigramma apud Athen. IV p. 176 C.

p. 78, 22: post 'verba' adde 'ὡς βούλονται'.

p. 83, 6: De eodem Polycephalo nomo Nonnum audiamus Dionys. XL, 27:

Βερέκυντες — δίζυγες αὐλοί
φρικτὸν ἐμυκήσαντο Λίβυν γόον, ὃν πάρος ἄμφω
Σθεινώ τ' Εὐρυάλη τε μιῇ πολυδείρατι φωνῇ
ἀρτιτόμῳ ῥοιζηδὸν ἐπεκλαύσαντο Μεδούσῃ,
φθεγγομένων κεφαλῇσι διηκοσίῃσι δρακόντων,
ὧν ἀποδυρομένων σκολιὸν σύριγμα κομάων,
θ ρ ῆ ν ο ν π ο υ λ υ κ ά ρ η ν ο ν ἐφημίξαντο Μεδούσης.

p. 85, 33: Libycae tibiae inventionem Minervae tribuit Nonnus Dionys. XIII, 360 indicatus a Meinekio ad Theocr. I, 24 (p. 176 ed. tert.), nec non XXIV, 36:

μή ποτέ σοι μέμψαιτο τεὴ φιλόμολπος Ἀθήνη,
η ποτε Γοργείων βλοσυρὸν μίμημα καρήνων
φθεγγόμενον Λίβυν εὗρεν ὁμοζυγέων τύπον αὐλῶν.

p. 95, 33: De sex tetrachordi divisionibus ita docet Sext. Empir. adv. Mus. p. 758, 14: ἀλλὰ δὴ πάλιν τὸ μὲν ἁρμονικὸν μ έ λ ο ς τῶν μελῳδουμένων ἀδιαίρετόν ἐστι, τὸ δὲ διάτονον καὶ τὸ χρῶμα εἰδικωτέρας τινὰς εἶχε διαφοράς, δύο μὲν τὸ διάτονον, τήν τε τοῦ μαλακοῦ διατόνου καλουμένην καὶ τὴν τοῦ συντόνου, τρεῖς δὲ τὸ χρῶμα· τὸ μὲν γάρ τι αὐτοῦ τονικὸν καλεῖται τὸ δὲ ἡ μ ι τ ό ν ι ο ν τὸ δὲ μαλακόν, quo in loco mirum est, quod fugit editores, pro μέλος-γένος et pro ἡμιτόνιον legendum esse ἡ μ ι ό λ ι ο ν.

p. 100, 25: De magno Alexandrinorum circa musicam studio posteriori aevo etiam Herodian. IV, 8, 8 testari videtur, quo in loco Antonino Caracallo imperatori Alexandriam devertenti a civibus *ὑποδοχὴ παρεσκευάζετο οἵαν μηδενὶ πώποτε βασιλεῖ γενέσθαι φασί· πάσης τε γὰρ μουσικῆς ὄργανα πανταχοῦ διακείμενα ποικίλον ἦχον εἰργάζετο.*

p. 102, 16: De scriptura *Τόρρηβος* pro *Τόρηβος* iam dubito recens a Nonni lectione Dionys. XIII, 465:

οἵ τε Τορήβιον ἄστυ, καὶ οἳ Πλούτοιο τιθήνας

p. 108, 35: Correctio *αὐλητὰς* pro *αὐλοποιοὺς* mihi nunc quidem probabilis videtur. Spanhemius in Call. h. Dian. v. 243 p. 293: 'quae etiam fistulae, inductis postea tibiis, simul antiquitus in Pythiis retentae; quamquam dein a Telephane Megarico reiectae sint eaedem, uti docet Plut. de Mus. p. 1138.'

p. 111, 39: Fortasse scriptor nominare voluit Timotheum. Omninoque, nisi Antigenidae primum locum inter Macrobios assignare volumus, distinguendum videtur inter minorem Antigenidam Alexandri aequalem, et superiorem clarissimum tibicinem Philoxeni. Cui sententiae favere videtur, quod diversa feruntur patris nomina. Cf. O. Iahn. in Cic. Brut. 187.

p. 115, 10: Huc pertinet Sext. Empir. adv. Mus. p. 749, 28: *οἵ τε τῆς Ἑλλάδος ἡγούμενοι καὶ ἐπὶ ἀνδρίᾳ διαβόητοι Σπαρτιᾶται μουσικῆς ἀεί ποτε στρατηγούσης αὐτῶν ἐπολέμουν. καὶ οἱ τοῖς Σόλωνος χρώμενοι παραινέσεσι πρὸς αὐλὸν καὶ λύραν παρετάσσοντο, ἔνρυθμον ποιούμενοι τὴν ἐνόπλιον κίνησιν.*

p. 116, 11: Fortasse mirum alicui videbitur me Iamblichi testimonio aliquam tribuisse auctoritatem. At Iamblichus rei musicae non imperitus erat, ut vel ea probant, quae de Pythagorae circa musicam studiis exposuit, ac librum de harmonica tractatione conscribendum proposuerat, cf. vit. Pyth. c. 120 coll. Nicom. Introd. Arithm. p. 171. 172.

p. 117, 40: Aliter tamen Bernhardyus statuit Hist. litt. Gr. II, 1 p. 427: 'auch die parakataloge wird nichts anderes als das einschiebsel eines verwandten rhythmus mit musikalischer notirung oder einem instrumentalsatz gewesen sein.' — Alium magni viri locum de paracataloge, I, p. 344, parum intellego, de quo valde doleo.

p. 122, 8: Cum saepius factum sit in commentario, ut gentes commemorarentur, in quibus musica peritia per hereditatem quandam a patre filio tradita esset, ne quis hoc antiquitatis consuetudini repugnare censeat, ex re erit Eunidarum gentis Atticae, quae ab Euneo Lemnio originem repetebat, inicere mentionem, de qua haec protulit Bergk. Comm. de com. ant. p. 70: 'fuit autem haec gens, ut multae aliae apud Athenienses, cum cultu et religione deorum arcta necessitate coniuncta: fidibus enim canebant et saltabant in sacris Hesych.: *Εὐνεῖδαι, γένος ἀπὸ Εὔνου κεκλημένον τοῦ Ἰάσονος υἱοῦ· οἷον γένος ὀρχηστῶν καὶ κιθαριστῶν. οἱ δὲ γένος τι Ἀθήνησι κιθαριστῶν.* Harpocr. p. 89 Bekk.: *Εὐνεῖδαι — γένος ἔστι παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ὀνομαζόμενον Εὐνεῖδαι. ἦσαν δὲ κιθαρῳδοὶ πρὸς τὰς ἱερουργίας παρέχοντες τὴν χρείαν.* Adde Phot. p. 36, 16. Hinc pompis maxime interfuerunt; vid. Poll. VIII, 103, qui dicit etiam praecones in sacris solemnibus ex hac gente electos fuisse'. De aliis poetarum et cantorum gentibus referre non attinet.

p. 140, 29: Apud Nonnum vero *ῥόπτρα* a tympanis diversa cum *πλαταγῇ* potius convenire videntur. Nam et inter puerorum ludicra sunt Dionys. XLVIII, 779, et praeterea dixit *ῥόπτρα μὲν ἐπλατάγησε* XLVII, 731. Nec non a cymbalis diversa fuisse *ῥόπτρα* colligas e XXXIII, 228. Aenea erant (XIV, 348. XLVII, 722. XLVIII, 779). Vocantur Lydia XLV, 18; *περίκροτα* XLIII, 102. Dixit *ῥόπτρα σείειν* (IX, 116. XLVII, 722), *τινάσσειν* sive *δινεύειν* (XIV, 348. XVII, 344. XX, 302). Ipsum instrumentum *ἰάχει* XXVIII, 12. Quae XLVI, 121 leguntur, non intellexi.

Etiam de reliquis Bacchicis instrumentis operae pretium est Nonnum consuluisse. Itaque *κρόταλα* commemoravit XVI, 400 eorumque *κτύπον* XVIII, 107. Rhea vocatur *φιλοκρόταλος θέαινα* XX, 37 — et ad instrumenti pulsationem referas XXVII, 226:

φιλοκροτάλων δὲ γυναικῶν
χερσὶν ἀμοιβαίῃσιν ἀράσσετο δίκτυπος ἠχώ

(nam male apud Graefium legitur *Ἠχώ*). Mirum in modum una Baccharum XIV, 401:

— δηίων ἔσσευε γένος ῥηξήνορι ῥόμβῳ

ad eundemque rhombum transfero πάταγον Βερέκυντα XLIV, 140. Tympanum Rheae sacrum (XIV, 214 quo in loco haud scio an κύμβαλα legendum sit pro τύμπανα coll. X, 387: vide tamen XII, 121) saepissime vocavit βοείην (κύκλον ἐρισμαράγοιο βοείης XI, 125) et ἀμφιπλῆγα βοείην (XV, 54. XLV, 16 coll. XXIX, 285), quia manu ex utraque parte pulsabatur, eodemque spectant διδυμόκτυπα κύκλα βοείης XX, 307 coll. XVIII, 105. XLIII, 73. Quia circulo continebatur aeneo vocatur ἠχήεσσα βοείη χαλκοβαρής X, 388. At novum est, quod ex XV, 53 et XLIII, 116 discimus, tympana corio suspensa fuisse e collo. Cymbala denique vocantur βερέβρομα δίζυγι χαλκῷ XIV, 402 et XXIX, 238 quo in loco a Terpsichora quatiuntur. Notabilis est locus XLVIII, 781:

καὶ τάχα κύμβαλα δῶκε, τάπερ δονέουσι τιθῆναι
φάρμακα νηπιάχοισι φιλοθρήνων ὀδυνάων.

p. 141, 14: Fistula, cuius calami cera bene compacta iuncti sunt, ex cera facta esse dicitur apud Theocr. I, 126, si Meinekium audimus interpretem p. 197 ed. tert. Quod si concedimus, neque multum nos offendet κηρόδετον πνεῦμα in eiusdem Theocriti ep. V, 4 dictum de flatu fistulae cera iunctae. Fistulam Paridis Colluthus v. 121 vocavit χορὸν εὐκελάδων δονάκων memor fortasse Nonni Dionys. II, 21. Ipse Nonnus, si eius carmina circumspicimus, fistulae inventorem Panem novit XLI, 373 ipsamque Πανιάδα vocavit VII, 49. XVIII, 104. XXIII, 212. XXIV, 46 — ποιμενίην XLIII, 293 — νομίην XXVII, 227 nec non 294:

καὶ θεὸς ἀγρονόμων νομίης σάλπιγγος ἐνέσσων
αἰγίβοτος Πάν,

ubi σύριγγος legendum esse pro σάλπιγγος certum videtur. Porro syrinx vocatur αἰολόμολπος XL, 223, ἡδυμέλεια XXIX, 287, ἡδυέπεια X, 387, ἀμφιλαφής quae ὀξὺ λιγαίνει XX, 1. Sed etiam bellicum syringis usum novit Nonnus, cf. XIII, 510 coll. Herod. I, 17, eamque ob caussam ἐγρεκύδοιμον vocavit XIV, 403 nec non ἐγέστρατον XXVII, 227. XXXIX,

128. Itaque syrinx βομβεῖ et ἰάχει aliquotiens, eiusque καναχή commemoratur XX, 306.

p. 145, 40: Haec est illa tibia, de qua Bacchus loquitur apud Nonn. Dionys. XLIII, 71:

αὐλὸς ἐμὸς κερόεις, πολεμήιον ἦχον ἐράσσων
ἀντίτυπον φθέγξαιτο μέλος μυκήτορι κόχλῳ

coll. VIII, 26: νόμιος κτύπος κερόεντος αὐλοῦ. Ceterum duplicis tibiae perforatae (p. 143, 36) inventorem Nonnus Hyagnidem vocavit XLI, 374, atque hic est ille διδυμόθροος αὐλὸς Ἀθήνης, quem Marsyas inflat Hyagnidis filius in certamine cum Apolline instituto X, 233. Obiter moneo in eodem libro v. 335:

ἀλλὰ λιγυφθόγγων διδυμόθροος αὐλὸς Ἐρώτων

legendum esse λιγύφθογγος; contra αὐλὸς Ἐρώτων rectum est, ut σύριγγες Ἐρώτων XIII, 507. Denique notabilis est arundo Acharnensis, quae commemoratur XLVII, 23.

p. 148, 31: Veterum erat opinio antiquitus conchas in usu fuisse tubarum loco, ut apud barbaros, v. Sext. Empir. adv. Mus. p. 753, 11. Itaque Trito tubae inventor laudatur, quem Forkelius pravum auctorem secutus eumque prava scriptura deceptum Arichondam vocavit, cuius nomen in antiquo scriptore frustra quaesivi. Cf. Nonn. Dionys. I, 61. XXXVI, 93. Idem κόχλον vocavit εἰναλίην σάλπιγγα XLIII, 299 coll. XVII, 92. Praeterea huc facit Schol. Nic. Alex. 393: τὸν δὲ στρόμβον, ὃν ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ὄστρακον, τῶν κογχυλίων, οἷς καὶ ἐχρῶντο ἀντὶ σάλπιγγος. De alio concharum usu musico v. Athen. XIV p. 636 E.

p. 155, 32: Fabulam de donatione lyrae Apollini a Mercurio facta bene illustravit Preller. Myth. Gr. I p. 245: 'bei welcher dichtung wohl die betrachtung zu grunde liegt, dass der heerden- und regengott, der weidende hirte (νόμιος) wohl sehr erfindsam ist, so dass er aus der schildkroetenschale sinnig die lyra bildet, dass aber nur der gott der sonne und des lichtes das herrliche instrument recht zu behandeln und die goettlichen toene und lieder der jubelnden andacht darauf zu finden weiss.'

δηίων ἔσβεσε γένος ῥηξήνορι ῥόμβῳ

ad eundemque rhombum transfero *πάταγον Βερέκυντα* XLIV, 140. Tympanum Rheae sacrum (XIV, 214 quo in loco haud scio an *κύμβαλα* legendum sit pro *τύμπανα* coll. X, 387: vide tamen XII, 121) saepissime vocavit *βοείην* (*κύκλον ἐρισμαράγοιο βοείης* XI, 125) et *ἀμφιπλῆγα βοείην* (XV, 51. XLV, 16 coll. XXIX, 285), quia manu ex utraque parte pulsabatur, eodemque spectant *διδυμόκτυπα κύκλα βοείης* XX, 307 coll. XVIII, 105. XLIII, 73. Quia circulo continebatur aeneo vocatur *ἠχήεσσα βοείη χαλκοβαρής* X, 388. At novum est, quod ex XV, 53 et XLIII, 116 discimus, tympana corio suspensa fuisse e collo. Cymbala denique vocantur *βαρύβρομα δίζυγι χαλκῷ* XIV, 102 et XXIX, 238 quo in loco a Terpsichora quatiuntur. Notabilis est locus XLVIII, 781:

καὶ τάχα κύμβαλα δῶκε. τάπερ δονέουσι τιθῆναι
φάρμακα νηπιάχοισι φιλοθρήνων ὀδυνάων.

p. 141, 11: Fistula, cuius calami cera bene compacta iuncti sunt, ex cera facta esse dicitur apud Theocr. I, 126, si Meinekium audimus interpretem p. 197 ed. tert. Quod si concedimus, neque multum nos offendet *κηρόδετον πνεῦμα* in eiusdem Theocriti ep. V, 4 dictum de flatu fistulae cera iunctae. — Fistulam Paridis Colluthus v. 124 vocavit *χορὸν εὐκελάδων δονάκων* memor fortasse Nonni Dionys. II, 21. Ipse Nonnus, si eius carmina circumspicimus, fistulae inventorem Panem novit XLI, 373 ipsamque *Πανιάδα* vocavit VII, 49. XVIII, 101. XXIII, 212. XXIV, 40 — *ποιμενίην* XLIII, 293 — *νομίην* XXVII, 227 nec non 291:

καὶ θεὸς ἀγρονόμων νομίης σάλπιγγος ἀνάσσων
— — *αἰγίβοτος Πάν.*

ubi *σύριγγος* legendum esse pro *σάλπιγγος* certum videtur. Porro syrinx vocatur *αἰολόμολπος* XL, 223. *ἡδυμέλεια* XXIX, 287, *ἡδυέπεια* X, 387, *ἀμφιλαφής* quae *ὀξὺ λιγαίνει* XX, 1. Sed etiam bellicum syringis usum novit Nonnus, cf. XIII, 510 coll. Herod. I, 17, eamque ob caussam *ἐγρεκύδοιμον* vocavit XIV, 403 nec non *ἀγέστρατον* XXVII, 227. XXXIX, 128. Itaque syrinx *βομβεῖ* et *ἰάχει* aliquotiens, eiusque *κα-ναχή* commemoratur XX, 306.

p. 145, 40: Haec est illa tibia, de qua Bacchus loquitur apud Nonn. Dionys. XLIII, 71:

αὐλὸς ἐμὸς κερόεις. πολεμήιον ἦχον ἐρέσσων
ἀντίτυπον φθέγξαιτο μέλος μυκήτορι κόχλῳ

coll. VIII, 26: *νόμιος κτύπος κερόεντος αὐλοῦ*. Ceterum duplicis tibiae perforatae (p. 143, 36) inventorem Nonnus Hyagnidem vocavit XLI, 374. atque hic est ille *διδυμόθροος αὐλὸς Ἀθήνης*, quem Marsyas inflat Hyagnidis filius in certamine cum Apolline instituto X, 233. Obiter moneo in eodem libro v. 335:

ἀλλὰ λιγυφθόγγων διδυμόθροος αὐλὸς Ἐρώτων

legendum esse *λιγύφθογγος*; contra *αὐλὸς Ἐρώτων* rectum est, ut *σύριγγες Ἐρώτων* XIII, 507. Denique notabilis est arundo Acharnensis, quae commemoratur XLVII, 23.

p. 148, 31: Veterum erat opinio antiquitus conchas in usu fuisse tubarum loco, ut apud barbaros, v. Sext. Empir. adv. Mus. p. 753, 11. Itaque Trito tubae inventor laudatur, quem Forkelius pravum auctorem secutus eumque prava scriptura deceptum Arichondam vocavit, cuius nomen in antiquo scriptore frustra quaesivi. Cf. Nonn. Dionys. I, 61. XXXVI, 93. Idem *κόχλον* vocavit *εἰναλίην σάλπιγγα* XLIII, 299 coll. XVII, 92. Praeterea huc facit Schol. Nic. Alex. 393: *τὸν δὲ στρόμβον, ὃν ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι ὄστρακον, τῶν κογχυλίων, οἷς καὶ ἐχρῶντο ἀντὶ σάλπιγγος.* De alio concharum usu musico v. Athen. XIV p. 636 E.

p. 155, 32: Fabulam de donatione lyrae Apollini a Mercurio facta bene illustravit Preller. Myth. Gr. I p. 245: 'bei welcher dichtung wohl die betrachtung zu grunde liegt, dass der heerden- und regengott, der weidende hirte (*νόμιος*) wohl sehr erfindsam ist, so dass er aus der schildkroetenschale sinnig die lyra bildet, dass aber nur der gott der sonne und des lichtes das herrliche instrument recht zu behandeln und die goettlichen toene und lieder der jubelnden andacht darauf zu finden weiss.'

p. 160, 17: Qualem pectidis speciem Nonnus sibi informaverit, quamquam saepius eius iniecit mentionem, eruere non potui. *Λιγυηχής* vocatur VIII, 377; belli cantilenam aliquis *πηκτίδι συρίζει* XLIII, 217. In loco XX, 93:

πηκτίδες εὖ ψαύουσιν ἐνυαλίην μετὰ νίκην

legere malim *ψαύοντι*.

Scribebam Sedini d. 20 Nov. A. MDCCCLVI.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΕΡΙ ΜΟΥΣΙΚΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΟΝΗΣΙΚΡΑΤΗΣ. ΣΩΤΗΡΙΧΟΣ. ΛΥΣΙΑΣ.

PLUTARCHI DE MUSICA.

DIALOGI PERSONAE

ONESICRATES. SOTERICHUS. LYSIAS.

Cap. I.

῾Η μὲν Φωκίωνος τοῦ Χρηστοῦ γυνὴ κόσμον αὑτῆς P. 1131 B ἔλεγεν εἶναι τὰ Φωκίωνος στρατηγήματα· ἐγὼ δὲ κόσμον ἐμὸν οὐ μόνον ἴδιον ἀλλὰ γὰρ καὶ κοινὸν τῶν οἰκείων πάντων ἡγοῦμαι τὴν τοῦ ἐμοῦ διδασκάλου περὶ λόγους σπουδήν. τῶν μὲν γὰρ στρατηγῶν τὰ ἐπιφανέστατα κατορθώματα σωτηρίας μόνον οἴδαμεν τῆς ἐκ τῶν παραχρῆμα κινδύνων αἴτια γιγνόμενα στρατιώταις ὀλίγοις, ἢ πόλει μιᾷ, ἢ κἂν ἑνί τινι ἔθνει, βελτίους δ' οὐδαμῶς ποιοῦντα οὔτε τοὺς στρατιώτας, οὔτε τοὺς πολίτας, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ὁμοεθνεῖς. τὴν δὲ παιδείαν οὐσίαν εὐδαιμονίας οὖσαν αἰτίαν τ' εὐβουλίας οὐ μόνον ἔστιν εὑρεῖν ἢ οἴκῳ, ἢ πόλει, ἢ ἔθνει χρησίμην, ἀλλὰ παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. ὅσῳ οὖν ἡ ἐκ παιδείας ὠφέλεια μείζων πάντων στρατηγημάτων, τοσούτῳ καὶ ἡ περὶ αὐτῆς μνήμη ἀξία σπουδῆς.

Cap. II.

Τῇ γοῦν δευτέρᾳ τῶν Κρονίων ἡμέρᾳ ὁ καλὸς 'Ονησικράτης ἐπὶ τὴν ἑστίασιν ἄνδρας μουσικῆς ἐπιστήμονας

Cap. I. Phocionis, eius qui Probus usurpatus est, uxor suum ornatum dicebat mariti sui res praeclare gestas: at ego ornamentum non mihi tantum peculiare, sed cum omnibus familiaribus commune existimo mei magistri in doctrina bonarum artium diligentiam. Novimus enim imperatorum pulcherrima facinora salutem attulisse duntaxat e praesenti periculo paucis militibus, aut uni sive urbi sive genti: meliores neutiquam fecisse vel milites istos, vel cives vel gentiles: at liberalem disciplinam, quae et felicitatis est materia, et consilii boni caussa, non familiae modo vel urbi vel populo, sed universo generi humano utilem comperias. Quanto igitur ea est quam res omnes bellicae utilior, tanto etiam magis colenda est eius memoria.

Cap. II. Enimvero secunda Saturnalium die egregius ille Onesicrates ad convivium vocaverat viros musicae peritos: erant

παρακεκλήκει· ἦσαν δὲ Σωτήριχος Ἀλεξανδρεὺς καὶ Λυσίας, εἷς τις τῶν σύνταξιν παρ᾽ αὐτοῦ λαμβανόντων. ἐπεὶ δὲ τὰ νομιζόμενα συντετέλεστο, τὸ μὲν αἴτιον τῆς ἀνθρώ-
D που φωνῆς, ἔφη, ὅ τι ποτ᾽ ἐστίν, ὦ ἑταῖροι, νῦν ἐπιζητεῖν οὐ συμποτικόν· σχολῆς γὰρ νηφαλιωτέρας δεῖται τὸ θεώρημα. ἐπεὶ δ᾽ ὁρίζονται τὴν φωνὴν οἱ ἄριστοι γραμματικοὶ ἀέρα πεπληγμένον αἰσθητὸν ἀκοῇ, τυγχάνομέν τε χθὲς ἐζητηκότες περὶ γραμματικῆς, ὡς τέχνης ἐπιτηδείου γράμμασι τὰς φωνὰς δημιουργεῖν καὶ ταμιεύειν τῇ ἀναμνήσει, ἴδωμεν τίς μετὰ ταύτην δευτέρα πρέπουσα φωνῇ ἐπιστήμη. οἶμαι δὲ ὅτι μουσική. ὑμνεῖν γὰρ εὐσεβὲς καὶ προηγούμενον ἀνθρώποις τοὺς χαρισαμένους αὐτοῖς μόνοις τὴν ἔναρθρον φωνὴν θεούς. τοῦτο δὲ καὶ Ὅμηρος ἐπεσημήνατο, ἐν οἷς λέγει·

E οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο
καλὸν ἀείδοντες παιήονα, κοῦροι Ἀχαιῶν,
μέλποντες ἑκάεργον. ὁ δὲ φρένα τέρπετ᾽ ἀκούων.

ἄγε δή, ὦ μουσικῆς θιασῶται, τίς πρῶτος ἐχρήσατο μουσικῇ ἀναμνήσατε τοὺς ἑταίρους, καὶ τί εὗρε πρὸς αὔξησιν ταύτης ὁ χρόνος, καὶ τίνες γεγόνασιν εὐδόκιμοι τῶν τὴν

vero Soterichus Alexandrinus et Lysias, unus eorum qui ab ipso stipendium sumebant. Postquam omnia rite peracta fuerunt, ita sermonem orsus est: quae caussa sit humanae vocis, o socii, in convivio quaerere non convenit, et magis sobriam ea quaestio requirit disputationem. Sed quoniam optimi grammatici definiunt vocem, aerem percussum, qui auditu sentiatur, herique a nobis de Grammatica est inquisitum, ut arte quae facultatem habeat voces litteris exprimendi ac memoria tamquam in penu recondendi: videamus nunc quae post eam proxime sequatur scientia ad vocem pertinens. Est autem, nisi fallor, Musica. Pium enim ac praecipuum hominum hoc studium, laudes canere deorum, qui solis ipsis articulatam vocem sunt largiti: id quod Homerus quoque his versibus significavit:

ergo die tota placabant carmine Phoebum
formosum Paeeona Achaica turba canentes
et magni laudes modulantes Arcitenentis,
illius auditu pertentant gaudia pectus.

Agite vero, o chori musici sodales, quis primus musica sit usus, in memoriam amicis redigite, quid eius inventioni tempus

μουσικὴν ἐπιστήμην μεταχειρισαμένων, ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς πόσα καὶ εἰς τίνα χρήσιμον τὸ ἐπιτήδευμα. ταῦτα μὲν εἶπεν ὁ διδάσκαλος.

Cap. III.

Ὁ δὲ Λυσίας ὑπολαβών, παρὰ πολλοῖς, ἔφη, ἐξητημέ- F
νον πρόβλημα ἐπιζητεῖς, ἀγαθὲ Ὀνησίκρατες. τῶν τε γὰρ Πλατωνικῶν οἱ πλεῖστοι καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου φιλοσόφων οἱ ἄριστοι περί τε τῆς ἀρχαίας μουσικῆς συντάξαι ἐσπούδασαν καὶ περὶ τῆς αὐτῆς γεγενημένης παραφθορᾶς. ἀλλὰ γὰρ καὶ γραμματικῶν καὶ ἁρμονικῶν οἱ ἐπ᾽ ἄκρον παιδείας ἐληλακότες πολλὴν σπουδὴν περὶ τοῦτο πεποίηνται. πολλὴ γοῦν ἡ τῶν συντεταχότων διαφωνία. Ἡρακλείδης δ᾽ ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν ἐν Μουσικῇ |τὴν κιθαρῳδίαν καὶ| τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτόν φησιν Ἀμ- p.1132
φίωνα ἐπινοῆσαι τὸν Διὸς καὶ Ἀντιόπης, τοῦ πατρὸς δηλονότι διδάξαντος αὐτόν. πιστοῦται δὲ τοῦτο ἐκ τῆς Ἀναγραφῆς τῆς ἐν Σικυῶνι ἀποκειμένης, δι᾽ ἧς τάς τε ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τοὺς ποιητὰς καὶ τοὺς μουσικοὺς ὀνομάζει. κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν καὶ Λίνον τὸν ἐξ Εὐβοίας θρήνους πεποιηκέναι λέγει, καὶ Ἄνθην τὸν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτίας ὕμνους, καὶ Πίερον τὸν ἐκ Πιε-

adiecerit, qui musicam scientiam tractando nobiles extiterint: nec non ad quot quantasque res musica sit utilis. Haec dixit magister.

Cap. III. Lysias vero sermonem excipiens, quaestionem, inquit, bone Onesicrates, proponis a multis agitatam. Nam et Platonicorum plerique et Peripateticorum praestantissimi de vetere musica, et quae ei accidit corruptela, scribendi laborem susceperunt: praeterea et grammaticorum atque harmonicorum eruditissimi et doctissimi multum in eam rem studii impenderunt. Magna vero est eorum, qui de hac scripserunt, dissensio. Heraclides in libro, cui nomen est Clarorum Musicorum Collectio, citharae cantum eiusque artem excogitatam primum perhibet ab Amphione Iovis et Antiopae filio, patre nimirum docente. Atque fidem facit huic sententiae ex descriptione quae Sicyone servatur, ex qua et sacerdotes Argivas, et poetas, et musicos nominat. Eadem aetate Linum ex Euboea oriundum ait Threnos composuisse: et Anthen Anthedone Boeotica natum, Hymnos:

ρίας τὰ περὶ τὰς Μούσας ποιήματα. ἀλλὰ καὶ Φιλάμμωνα τὸν Δελφὸν Λητοῦς τε καὶ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος γένεσιν δηλῶσαι ἐν μέλεσι, καὶ χοροὺς πρῶτον περὶ τὸ B ἐν Δελφοῖς ἱερὸν στῆσαι. Θάμυριν δὲ τὸ γένος Θρᾷκα καὶ εὐφωνότερον καὶ ἐμμελέστερον πάντων τῶν τότε ᾆσαι, ὡς ταῖς Μούσαις κατὰ τοὺς ποιητὰς εἰς ἀγῶνα καταστῆναι. πεποιηκέναι δὲ τοῦτον ἱστορεῖται Τιτάνων πρὸς τοὺς θεοὺς πόλεμον. γεγονέναι δὲ καὶ Δημόδοκον Κερκυραῖον παλαιὸν μουσικόν, ὃν πεποιηκέναι Ἰλίου τε πόρθησιν καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἡφαίστου γάμον. ἀλλὰ μὴν καὶ Φήμιον Ἰθακήσιον νόστον τῶν ἀπὸ Τροίας μετ᾽ Ἀγαμέμνονος ἀνακομισθέντων ποιῆσαι. οὐ λελυμένην δ᾽ εἶναι τῶν προειρημένων τὴν τῶν ποιημάτων λέξιν καὶ μέτρον οὐκ ἔχουσαν, ἀλλὰ C καθάπερ Στησιχόρου τε καὶ τῶν ἀρχαίων μελοποιῶν, οἳ ποιοῦντες ἔπη τούτοις μέλη περιετίθεσαν. καὶ γὰρ τὸν Τέρπανδρον ἔφη κιθαρῳδικῶν ποιητὴν ὄντα νόμων κατὰ νόμον ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτιθέντα ᾄδειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιη-

et Pierum e Pieria de Musis poemata. Philammonem quoque Delphum Latonae, Dianae et Apollinis natales carmine explicasse, et ab eo primum choros apud Delphicum templum fuisse institutos: Thamyrin autem, Thracem genere, vocalius et elegantius omnibus ea aetate cecinisse: unde cum poetae cum Musis certamen iniisse dixerint: fertur autem poema scripsisse de Titanum bello adversus deos. Fuisse etiam Demodocum Corcyraeum veterem musicum, qui carmine expresserit Ilii excidium, et Veneris cum Vulcano nuptias. Sed et Phemium Ithacensem de reditu eorum, qui cum Agamemnone fuerant ad Troiam profecti, versus fecisse. Neque vero iam commemoratorum poematum solutam fuisse dictionem et quae mensura careret: sed Stesichori aliorumque veterum lyricorum poematis similem, qui e versibus heroicis carmina lyrica composuerunt. Nam et Terpandrum ait, citharoedicorum poetam nomorum, suos et Homeri versus heroicos lyrice transformatos cecinisse in certaminibus: eumque primum modis citharoedicis nomina imposuisse. Simile Terpandri studio studium fuisse Clonae, qui princeps tibicinum nomos et prosodia instituisset, elegiarum poetae et car-

τὴν γεγονέναι. καὶ Πολύμνηστον τὸν Κολοφώνιον τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ποιήμασιν.

Cap. IV.

Οἱ δὲ νόμοι οἱ κατὰ τούτους, ἀγαθὲ Ὀνησίκρατες, D αὐλῳδικοὶ ἦσαν Ἀπόθετος, Ἔλεγος, Κωμάρχιος, Σχοινίων, Κηπίων, Τενέδιος καὶ Τριμελής. ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ καὶ τὰ Πολυμνάστια καλούμενα ἐξευρέθη. οἱ δὲ τῆς κιθαρῳδίας νόμοι πρότερον πολλῷ χρόνῳ τῶν αὐλῳδικῶν κατεστάθησαν ἐπὶ Τερπάνδρου. ἐκεῖνος γοῦν τοὺς κιθαρῳδικοὺς πρῶτος ὠνόμασε Βοιώτιόν τινα καὶ Αἰόλιον, Τροχαῖόν τε καὶ Ὀξύν, Κηπίωνά τε καὶ Τερπάνδρειον καλῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ Τετραοίδιον. πεποίηται δὲ τῷ Τερπάνδρῳ καὶ Προοίμια κιθαρῳδικὰ ἐν ἔπεσιν. ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πά- E λαι ἐξ ἐπῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε. τοὺς γοῦν πρώτους νόμους ἐν ἔπεσι διαμιγνύων διθυραμβικὴν λέξιν ᾖδεν, ὅπως μὴ εὐθὺς φανῇ παρανομῶν εἰς τὴν ἀρχαίαν μουσικήν. ἔοικε δὲ κατὰ τὴν τέχνην τὴν κιθαρῳδικὴν ὁ Τέπανδρος διενηνοχέναι· τὰ Πύθια γὰρ τετράκις ἑξῆς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. καὶ τοῖς χρόνοις δὲ σφόδρα παλαιός ἐστι. πρεσβύτερον γοῦν αὐτὸν Ἀρχιλόχου ἀποφαίνει Γλαῦκος ὁ ἐξ Ἰταλίας ἐν συγγράμματι τῷ περὶ τῶν ἀρ-

minum heroicorum. Iisdemque poematis Polymnestum usum esse Colophonium, aetate posteriorem.

Cap. IV. Nomi autem, optime Onesicrates, quibus illi uterentur, tibicinum quidem fuerunt Apothetus, Elegus, Comarchius, Schoenion, Cepion, Tenedius, Trimeles: postea temporis etiam inventa sunt Polymnastia quae vocantur. At citharoedicae artis nomi multo ante tibicinum nomos tempore instituti sunt florente Terpandro. Is certe primus citharoedicis nomina fecit Boeotium, Aeolium, Trochaeum, Acutum, Cepionem, Terpandrium denique Tetraoedium. Fecit etiam Terpander prooemia citharoedica versibus heroicis. Citharoedicos autem nomos antiquitus heroicis versibus constitisse Timotheus declaravit: qui primos nomos hexametris conceptos permiscens dithyrambicam cantavit dictionem, ut ne prima fronte videretur veterem musicam violare. Videtur autem Terpander citharoedica arte excelluisse: nam quater deinceps vicisse Pythia scribitur in tabulis. Admodum vero antiquus est. Certe Glaucus cum Italus in libro

χαίων ποιητῶν τε καὶ μουσικῶν. φησὶ γὰρ αὐτὸν δεύτερον F γενέσθαι μετὰ τοὺς πρώτους ποιήσαντας αὐλῳδίαν.

Cap. V.

Ἀλέξανδρος δ' ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν περὶ Φρυγίας κρούματα Ὄλυμπον ἔφη πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίσαι ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους· Ὕαγνιν δὲ πρῶτον αὐλῆσαι, εἶτα τὸν τούτου υἱὸν Μαρσύαν, εἶτ' Ὄλυμπον. ἐζηλωκέναι δὲ τὸν Τέρπανδρον Ὁμήρου μὲν τὰ ἔπη, Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη. ὁ δ' Ὀρφεὺς οὐδένα φαίνεται μεμιμημένος. οὐδεὶς γάρ πω γεγένητο, εἰ μὴ οἱ τῶν αὐλῳδικῶν p. 1133 ποιηταί· τούτοις δὲ κατ' οὐθὲν τὸ Ὀρφικὸν ἔργον ἔοικε. Κλονᾶς δὲ ὁ τῶν αὐλῳδικῶν νόμων ποιητὴς ὁ ὀλίγῳ ὕστερον Τερπάνδρου γενόμενος, ὡς μὲν Ἀρκάδες λέγουσι, Τεγεάτης ἦν, ὡς δὲ Βοιωτοί, Θηβαῖος. μετὰ δὲ Τέρπανδρον καὶ Κλονᾶν Ἀρχίλοχος παραδίδοται γενέσθαι. ἄλλοι δέ τινες τῶν συγγραφέων Ἄρδαλόν φασι Τροιζήνιον πρότερον Κλονᾶ τὴν αὐλῳδικὴν συστήσασθαι μοῦσαν. γεγονέναι δὲ καὶ Πολύμνηστον ποιητὴν Μέλητος τοῦ Κολοφωνίου υἱόν· ὃν Πολύμνηστόν τε καὶ * Πολυμνήστην νόμους ποιῆσαι. περὶ δὲ Κλονᾶ, ὅτι τὸν Ἀπόθετον νόμον καὶ

de veteribus poetis et musicis scripto, priorem Archilocho pronunciat: ait enim eum secundum extitisse post eos, qui primi auloediam instituerint.

Cap. V. Alexander autem in Collectaneis de Phrygia primum Olympum asserit in Graeciam crumata intulisse, deinde etiam Idaeos Dactylos: Hyagnidem primum tibia cecinisse, inde Marsyam huius filium, postea Olympum: Terpandrum porro aemulatum esse Homeri heroicos versus, Orphei cantilenas. Orpheus autem manifesto neminem est imitatus: nemo enim tunc natus fuit praeter poetas auloedicorum: horum autem cum opere Orphicum nihil habet simile. Clonas vero, nomos auloedicos qui fecit, paullo posterior ille Terpandro, fuit patria Tegeates, si Arcadibus credimus: Thebanum autem Boeoti affirmant. Post Terpandrum et Clonam Archilochus extitisse traditur. Alii nonnulli scriptores Ardalum aiunt Troezenium Clona priorem auloedicam instituisse musicam. Fuisse etiam Polymnestum poetam Meletis Colophonii filium, qui Polymnestus* cum Polymnesta nomos fecerit. Clonam vero Apothetum et Schoenionem fecisse

Σχοινίωνα πεποιηκὼς εἴη, μνημονεύουσιν οἱ ἀναγεγραφότες. τοῦ δὲ Πολυμνήστου καὶ Πίνδαρος καὶ Ἀλκμὰν οἱ B τῶν μελῶν ποιηταὶ ἐμνημόνευσαν. τινὰς δὲ τῶν νόμων τῶν κιθαρῳδικῶν τῶν ὑπὸ Τερπάνδρου πεποιημένων Φιλάμμωνά φασι τὸν ἀρχαῖον τὸν Δελφὸν συστήσασθαι.

Cap. VI.

Τὸ δ' ὅλον ἡ μὲν κατὰ Τέρπανδρον κιθαρῳδία καὶ μέχρι τῆς Φρύνιδος ἡλικίας παντελῶς ἁπλῆ τις οὖσα διετέλει. οὐ γὰρ ἐξῆν τὸ παλαιὸν οὕτω ποιεῖσθαι τὰς κιθαρῳδίας ὡς νῦν, οὐδὲ μεταφέρειν τὰς ἁρμονίας καὶ τοὺς ῥυθμούς. ἐν γὰρ τοῖς νόμοις ἑκάστῳ διετήρουν τὴν οἰκείαν τάσιν· διὸ καὶ ταύτην ἐπωνυμίαν εἶχον. νόμοι γὰρ προση- C γορεύθησαν, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν παραβῆναι ὡς ἐβούλοντο καθ' ἕκαστον νενομισμένον εἶδος τῆς τάσεως· τὰ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀφοσιωσάμενοι ἐξέβαινον εὐθὺς ἐπί τε τὴν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποίησιν. δῆλον δὲ τοῦτ' ἔστι διὰ τῶν Τερπάνδρου Προοιμίων. ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ * σχῆμα τῆς κιθάρας πρῶτον κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρου μαθητήν. ἐκλήθη δ' Ἀσιὰς διὰ τὸ κεχρῆσθαι τοὺς Λεσβίους αὐτῇ κιθαρῳδοὺς πρὸς τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας. τελευταῖόν τε Περίκλειτόν φασι κιθαρῳδὸν νικῆσαι ἐν Λακεδαίμονι

nomos scriptores memorant. Polymnesti autem etiam Pindarus et Alcman poetae lyrici faciunt mentionem: quosdam vero citharoedicorum nomorum a Terpandro factorum, Philammonem Delphum illum veterem aiunt composuisse.

Cap. VI. In summa autem, citharoedica musica Terpandri aetate usurpata, etiam usque ad Phrynidis tempora plane simplex perduravit. Neque enim antiquitus ita, ut nunc, licebat cithara canere: neque harmonias, neque rhythmos transferre. Nam in quovis nomo propriam conservabant intentionem: atque hinc nomen suum tulerunt: nam nomi dicti sunt, hoc est leges, quod non licebat ex arbitrio transgredi in quodcunque intentionis genus. Etenim ubi deorum veneratione erant defuncti, tum statim ad Homeri et aliorum poemata transibant: idque manifestum est ex prooemiis Terpandri. Figura etiam citharae** tum primum facta est secundum Cepionem Terpandri discipulum: et vocabatur Asiatica, quia Lesbii citharoedi ad Asiam accolentes ea utebantur. Ad extremum fertur Periclitus citha-

b Κάρνεια τὸ γένος ὄντα Λέσβιον. τούτου δὲ τελευτήσαντος τέλος λαβεῖν Λεσβίοις τὸ συνεχὲς τῆς κατὰ τὴν κιθαρῳδίαν διαδοχῆς. ἔνιοι δὲ πλανώμενοι νομίζουσι κατὰ τὸν χρόνον Τερπάνδρου Ἱππώνακτα γεγονέναι. φαίνεται δὲ Ἱππώνακτος καὶ Περίκλειτος ὢν πρεσβύτερος.

Cap. VII.

Ἐπεὶ δὲ τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ κιθαρῳδικοὺς ὁμοῦ τοὺς ἀρχαίους ἐμπεφανίκαμεν, μεταβησόμεθα ἐπὶ μόνους τοὺς αὐλητικούς. λέγεται γὰρ τὸν προειρημένον Ὄλυμπον αὐλητὴν ὄντα τῶν ἐκ Φρυγίας ποιῆσαι νόμον αὐλητικὸν εἰς Ἀπόλλωνα τὸν καλούμενον Πολυκέφαλον. εἶναι δὲ τὸν Ὄλυμπον τοῦτόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώ-
c του Ὀλύμπου τοῦ Μαρσύου (τοῦ) πεποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους. οὗτος γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ᾽ αὐτοῦ τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν. ἄλλοι δὲ Κράτητος εἶναί φασι τὸν Πολυκέφαλον νόμον γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου. ὁ δὲ Πρατίνας Ὀλύμπου φησὶν εἶναι τοῦ νεωτέρου τὸν νόμον τοῦτον. τὸν δὲ καλούμενον Ἁρμάτιον νόμον λέγεται ποιῆ-
d σαι ὁ πρῶτος Ὄλυμπος ὁ Μαρσύου μαθητής. τὸν δὲ Μαρσύαν φασί τινες Μάσσην καλεῖσθαι· οἱ δ᾽ οὔ, ἀλλὰ Μαρσύαν· εἶναι δ᾽ αὐτὸν Ὑάγνιδος υἱὸν τοῦ πρώτου εὑρόντος τὴν αὐλητικὴν τέχνην. ὅτι δ᾽ ἐστὶν Ὀλύμπου ὁ Ἁρμάτιος νόμος, ἐκ τῆς Γλαύκου ἀναγραφῆς τῆς ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν μάθοι ἄν τις. καὶ ἔτι γνοίη, ὅτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος οὔτ᾽ Ὀρφέα, οὔτε Τέρπανδρον, οὔτ᾽ Ἀρχίλοχον, οὔτε Θαλήταν ἐμιμήσατο, ἀλλ᾽ Ὄλυμπον, χρησάμενος τῷ Ἁρματίῳ νόμῳ καὶ τῷ κατὰ δάκτυλον εἴδει, ὅ τινες ἐξ Ὀρθίου νόμου φασὶν εἶναι. ἄλλοι δέ τινες ὑπὸ Μυσῶν εὑρῆσθαι τοῦτον τὸν νόμον· γεγονέναι γάρ τινας ἀρχαίους αὐλητὰς Μυσούς.

Cap. VIII.

Καὶ ἄλλος δ᾽ ἔστιν ἀρχαῖος νόμος καλούμενος Κραδίας, p. 1133
ὅν φησιν Ἱππῶναξ Μίμνερμον αὐλῆσαι. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ αὐλῳδοὶ ᾖδον. τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶνος. γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων. ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ αὐλητὴς ἀγαθὸς καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. τούτου καὶ Πίνδαρος μνημονεύει. τόνων γοῦν τριῶν ὄντων κατὰ Πολύμνηστον καὶ Σακάδαν, τοῦ δὲ Δωρίου καὶ Φρυγίου καὶ Λυδίου,

roedus Lacedaemone vicisse Carnea, domo Lesbius: quo mortuo continuam citharoedorum apud Lesbios desiisse successionem. Quidam falso putant Hipponactem fuisse Terpandri aetate, cum vel Periclitus Hipponactem praecessisse aetate videatur.

Cap. VII. Sed quoniam veteres auloedicos simul et citharoedicos nomos rettulimus, transibimus iam ad auleticos solos. Traditum est enim Olympum, de quo diximus, cum esset tibicen e Phrygia, tibicinum nomum fecisse in Apollinem, qui Polycephalus diceretur: hunc autem Olympum aiunt unum fuisse eorum qui descenderunt a primo Olympo Marsyae discipulo, qui nomos in deos fecit: is enim cum amasius fuisset Marsyae, et ab eo artem tibia canendi didicisset, harmonicos nomos in Graeciam intulit, quibus nunc Graeci utuntur in feriis deorum. Alii Cratetem Polycephali nomi auctorem faciunt, qui Olympi fuit discipulus. Pratinas eum Olympo minori tribuit. Harmatium autem nomum quem dicunt maior Olympus fecisse perhibetur, Marsyae discipulus. Marsyam quidam Massen appellatum esse dicunt, alii non ita, sed Marsyam; esse autem Hyagnidis filium, eius qui primus artem tibia canendi invenerit. Olympi autem esse Harmatium nomum, ex Glauci veterum poetarum recensione cognosci potest: tum etiam hoc, Stesichorum Himeraeum neque Orphei, neque Terpandri fuisse imitatorem, neque Archilochi, neque Thaletae, sed Olympi: usum nomo Harmatio et dactylica specie, quam alii de Orthio nomo esse volunt. Alii quidam a Mysis inventum nomum illum aiunt: nam veteres quosdam tibicines fuisse Mysos.

Cap. VIII. Est et alius antiquus nomus, qui Cradias dicitur, quem tibia Mimnermus cecinit, ut ait Hipponax. Initio enim elegias modulatas auloedi canebant: quod Panathenaeorum descriptio indicat, ubi de musico certamine verba fiunt. Fuit et Sacadas Argivus, qui odas et elegias modulatas scripsit: idemque bonus tibicen ter vicisse Pythia in recensionibus traditur: eiusque etiam Pindarus mentionem facit. Cum ergo Polymnesti et Sacadae aetate tria essent tonorum genera, Dorium, Phry-

B ἐν ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων τόνων στροφὴν ποιήσαντά φασι τὸν Σακάδαν, διδάξαι ᾄδειν τὸν χορόν, Δωριστὶ μὲν τὴν πρώτην, Φρυγιστὶ δὲ τὴν δευτέραν, Λυδιστὶ δὲ τὴν τρίτην. καλεῖσθαι δὲ Τριμελῆ τὸν νόμον τοῦτον διὰ τὴν μεταβολήν. ἐν δὲ τῇ ἐν Σικυῶνι ἀναγραφῇ τῇ περὶ τῶν ποιητῶν Κλονᾶς εὑρετὴς ἀναγέγραπται τοῦ Τριμελοῦς νόμου.

Cap. IX.

Ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάστασις τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ἐν τῇ Σπάρτῃ Τερπάνδρου καταστήσαντος γεγένηται. τῆς δευτέρας δὲ Θαλήτας τε ὁ Γορτύνιος καὶ Ξενόδαμος ὁ Κυθήριος καὶ Ξενόκριτος ὁ Λοκρὸς καὶ Πολύμνηστος ὁ Κο-
C λοφώνιος καὶ Σακάδας ὁ Ἀργεῖος μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι. τούτων γὰρ εἰσηγησαμένων τὰ περὶ τὰς Γυμνοπαιδίας τὰς ἐν Λακεδαίμονι λέγεται κατασταθῆναι τὰ περὶ τὰς Ἀποδείξεις τὰς ἐν Ἀρκαδίᾳ, τῶν τε ἐν Ἄργει τὰ Ἐνδυμάτια καλούμενα. ἦσαν δὲ οἱ περὶ Θαλήταν τε καὶ Ξενόδαμον καὶ Ξενόκριτον ποιηταὶ Παιάνων, οἱ δὲ περὶ Πολύμνηστον τῶν Ὀρθίων καλουμένων, οἱ δὲ περὶ Σακάδαν Ἐλεγείων. ἄλλοι δὲ Ξενόδαμον Ὑπορχημάτων ποιητὴν γεγονέναι φασὶ καὶ οὐ Παιάνων, καθάπερ Πρατίνας. καὶ αὐτοῦ δὲ Ξενοδάμου ἀπομνημονεύεται ᾆσμα.

gium, Lydium: ferunt Sacadam in unoquoque horum fecisse stropham, docuisseque chorum canere Dorice primam, Phrygice secundam, tertiam Lydio tono; atque hunc nomum fuisse ob mutationem dictum Trimelem. In Fastis vero seu recensione poetarum quae Sicyone est, Trimelis huius nomi auctor fertur Clonas.

Cap. IX. Prima proinde musicae constitutio Spartae facta est a Terpandro. Secundae auctores hi potissimum commemorantur: Thaletas Gortynius, Xenodamus Cytherius, Xenocritus Locrensis, Polymnestus Colophonius, Sacadas Argivus. His enim auctoribus Gymnopaediae in Lacedaemonia, in Arcadia autem traduntur institutae fuisse Apodixes, denique Argis quae Endymatia appellant. Fuerunt autem Thaletas, Xenodamus et Xenocritus Paeanum scriptores: Polymnestus carmina composuit quae Orthia dicuntur: Sacadas Elegias. Alii Xenodamum non Paeanas scripsisse aiunt, sed Hyporchemata, quorum in numero est Pratinas: ipsiusque adeo Xenodami cantilena memoriae pro-

ὅ ἐστι φανερῶς ὑπόρχημα. κέχρηται δὲ τῷ γένει τῆς ποιήσεως ταύτης καὶ Πίνδαρος. ὁ δὲ παιὰν ὅτι διαφορὰν ἔχει D
πρὸς τὰ ὑπορχήματα, τὰ Πινδάρου ποιήματα δηλώσει. γέγραφε γὰρ καὶ Παιᾶνας καὶ Ὑπορχήματα.

Cap. X.

Καὶ Πολύμνηστος δ' αὐλῳδικοὺς νόμους ἐποίησεν. εἰ δὲ τῷ Ὀρθίῳ νόμῳ ἐν τῇ μελοποιίᾳ κέχρηται, καθάπερ οἱ ἁρμονικοί φασιν, οὐκ ἔχομεν ἀκριβῶς εἰπεῖν· οὐ γὰρ εἰρήκασιν οἱ ἀρχαῖοί τι περὶ τούτου. καὶ περὶ Θαλήτα δὲ τοῦ Κρητὸς εἰ Παιάνων γεγένηται ποιητὴς ἀμφισβητεῖται. Γλαῦκος γὰρ μετ' Ἀρχίλοχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμῆσθαι μὲν αὐτόν φησι τὰ Ἀρχιλόχου μέλη, ἐπὶ δὲ τὸ μακρότερον ἐκτεῖναι, καὶ Παίωνα καὶ Κρητικὸν ῥυθμὸν εἰς τὴν μελοποιίαν E
ἐνθεῖναι· οἷς Ἀρχίλοχον μὴ κεχρῆσθαι, ἀλλ' οὐδ' Ὀρφέα οὐδὲ Τέρπανδρον. ἐκ γὰρ τῆς Ὀλύμπου αὐλήσεως Θαλήταν φασὶν ἐξειργάσθαι ταῦτα καὶ δόξαι ποιητὴν ἀγαθὸν γεγονέναι. περὶ δὲ Ξενοκρίτου, ὃς ἦν τὸ γένος ἐκ Λοκρῶν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, ἀμφισβητεῖται, εἰ Παιάνων ποιητὴς γέγονεν. ἡρωικῶν γὰρ ὑποθέσεων * πράγματα ἐχουσῶν ποιητὴν γεγονέναι φασὶν αὐτόν. διὸ καί τινας Διθυράμβους

dita est, quae manifesto est Hyporchema. Usus est hoc genere poematis etiam Pindarus. Differre autem Paeanem ab Hyporchemate, carmina Pindari docebunt, qui et Paeanas et Hyporchemata scripsit.

Cap. X. Et Polymnestus auloedicos nomos fecit: num vero Orthio nomo in modulatione usus sit, ut quidem Harmonici dicunt, non possumus pro certo pronunciare, cum antiqui hac de re nihil quicquam prodiderint. De Thaleta etiam Cretensi dubium est, an Paeanas scripserit. Nam Glaucus post Archilochum fuisse Thaletam affirmans, imitatum eum Archilochi carmina fatetur prolixius tamen extendisse et Paeonem ac Creticum rhythmum carminum modulationi inseruisse: quibus neque Archilochus usus fuerit, neque Orpheus, neque Terpander: haec enim ex Olympi tibina musica aiunt Thaletam depromsisse, bonique poetae laudem invenisse. De Xenocrito praeterea, Locris Italicis oriundo, controversia est, an Paeanas composuerit: carmina enim eum scripsisse ferunt, quorum heroica fuerint cum dramatica actione argumenta: eaque ob hanc caussam fuisse a

καλεῖν αὐτοῦ τὰς ὑποθέσεις. πρεσβύτερον δὲ τῇ ἡλικίᾳ φησὶν ὁ Γλαῦκος Θαλήταν Ξενοκρίτου γεγονέναι.

Cap. XI.

Ὄλυμπος δέ, ὡς Ἀριστόξενός φησιν, ὑπολαμβάνεται ὑπὸ τῶν μουσικῶν τοῦ ἐναρμονίου γένους εὑρετὴς γεγενῆσθαι. τὰ γὰρ πρὸ ἐκείνου πάντα διάτονα καὶ χρωματικὰ ἦν. ὑπονοοῦσι δὲ τὴν εὕρεσιν τοιαύτην τινὰ γενέσθαι· ἀναστρεφόμενον τὸν Ὄλυμπον ἐν τῷ διατόνῳ καὶ διαβιβάζοντα τὸ μέλος πολλάκις ἐπὶ τὴν διάτονον παρυπάτην, τοτὲ μὲν ἀπὸ τῆς παραμέσης, τοτὲ δ᾽ ἀπὸ τῆς μέσης, καὶ παραβαίνοντα τὴν διάτονον λιχανὸν καταμαθεῖν τὸ κάλλος
p. 1135 τοῦ ἤθους, καὶ οὕτω τὸ ἐκ τῆς ἀναλογίας συνεστηκὸς σύστημα θαυμάσαντα καὶ ἀποδεξάμενον ἐν τούτῳ ποιεῖν ἐπὶ τοῦ Δωρίου τόνου. οὔτε γὰρ τῶν τοῦ διατόνου ἰδίων, οὔτε τῶν τοῦ χρώματος ἅπτεσθαι, ἀλλ᾽ ἤδη τῶν τῆς ἁρμονίας. εἶναι δ᾽ αὐτῷ τὰ πρῶτα τῶν ἐναρμονίων τοιαῦτα. τιθέασι γὰρ τούτων πρῶτον τὸν σπονδειασμόν, ἐν ᾧ οὐδεμία τῶν διαιρέσεων τὸ ἴδιον ἐμφαίνει, εἰ μή τις εἰς τὸν συντονώτερον σπονδειασμὸν βλέπων αὐτὸ τοῦτο διάτονον εἶναι ἀπεικάσει. δῆλον δ᾽ ὅτι καὶ ψεῦδος καὶ ἐκμελὲς θήσει

quibusdam Dithyrambos nominata. Eundem Xenocritum Glaucus Thaleta posteriorem fuisse scribit.

Cap. XI. Porro autem Olympus, ut ait Aristoxenus, a musicis putatur Enharmonii generis fuisse repertor. nam ante ipsum omnia Diatona fuerunt et Chromatica. Suspicantur autem Olympum sic invenisse: cum versaretur in Diatono genere et modulationem saepe transferret in Diatoni parhypaten, nunc a paramese, nunc a mese, praeteriretque Diatoni lichanon, deprehendisse ἤθους quod dicunt pulcritudinem, atque ita miratum et amplexum systema ex analogia constitutum, id in Dorio usurpasse tono. Non enim eum in hoc systemate vel ea quae Diatoni sunt propria, vel quae Chromatici attigisse: sed iam ea quae sunt Harmonici generis. Fuisse autem ei prima Enharmoniorum talia. nam primum eorum Spondiasmum ponunt, in quo nulla tetrachordi divisionum se propriam ei esse indicat: nisi quis contentiorem Spondiasmum respiciens, eum ipsum putabit esse Diatonicum genus. Qui vero hoc posuerit, eum liquet

ὁ τοιοῦτο τιθείς· ψεῦδος μέν, ὅτι διέσει ἔλαττόν ἐστι τόνου τοῦ περὶ τὸν ἡγεμόνα κειμένου· ἐκμελὲς δέ, ὅτι καὶ εἴ τις ἐν τῇ τοῦ τονιαίου δυνάμει τιθείη τὸ τοῦ συντονω- E
τέρου σπονδειασμοῦ ἴδιον, συμβαίνοι ἂν δύο ἑξῆς τίθεσθαι δίτονα, τὸ μὲν ἀσύνθετον, τὸ δὲ σύνθετον. τὸ γὰρ ἐν ταῖς μέσαις ἐναρμόνιον πυκνόν, ᾧ νῦν χρῶνται, οὐ δοκεῖ τοῦ ποιητοῦ εἶναι. ῥᾴδιον δ᾽ ἐστὶ συνιδεῖν, ἐάν τις ἀρχαϊκῶς τινος αὐλοῦντος ἀκούσῃ· ἀσύνθετον γὰρ βούλεται εἶναι καὶ τὸ ἐν ταῖς μέσαις ἡμιτόνιον. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τῶν ἐναρμονίων τοιαῦτα. ὕστερον δὲ τὸ ἡμιτόνιον διῃρέθη ἔν τε τοῖς Λυδίοις καὶ ἐν τοῖς Φρυγίοις. φαίνεται δ᾽ Ὄλυμπος αὐξήσας μουσικήν, τῷ ἀγένητόν τι καὶ ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν εἰσαγαγεῖν, καὶ ἀρχηγὸς γενέσθαι τῆς Ἑλληνικῆς καὶ καλῆς μουσικῆς.

Cap. XII.

Ἔστι δέ τις καὶ περὶ τῶν ῥυθμῶν λόγος. γένη γάρ τινα καὶ εἴδη ῥυθμῶν προσεξευρέθη, ἀλλὰ μὴν καὶ μελοποιῶν τε καὶ ῥυθμοποιῶν. προτέρα μὲν γὰρ ἡ Τερπάνδρου καινοτομία καλόν τινα τρόπον εἰς τὴν μουσικὴν εἰσ-

cum falsum, tum absonum a cantu ponere: falsum, quia diesi inferius tono erit eo, qui principe ponitur loco: a cantu alienum, quod eveniet ut si quis in potestate toniaei chromatis ponat contentioris Spondiasmi naturam, duo deinceps ponantur ditona, compositum alterum, alterum incompositum: nam densum illud enharmonium, quod circa mesas collocatum hodie in usu est, non videtur esse illius poetae. Facile autem hoc animadverti potest, si quis aliquem prisco more canentem tibia audiat: nam etiam semitonium in mesis vult esse incompositum. Atque tale fuit initio genus Enharmonium: postea temporis divisum est semitonium in Lydiis et in Phrygiis. Videtur autem Olympus cum auxisset musicam, nondum natum quid ignoratumque adhuc introduxisse, princepsque fuisse Graecae et pulchrae musicae.

Cap. XII. Est etiam de Rhythmis dicendum. Inventa enim ulterius sunt quaedam genera et species rhythmorum atque etiam compositionis cantilenarum et rhythmorum. Primum enim Terpandri novarum rerum in ea arte molitio, venustum quendam

ἤγαγε. Πολύμνηστος δὲ μετὰ τὸν Τερπάνδρειον τρόπον * ᾧ καὶ ἐχρήσατο καὶ αὐτὸς μέντοι ἐχόμενος τοῦ καλοῦ τύπου, ὡσαύτως τε καὶ Θαλήτας καὶ Σακάδας. καὶ γὰρ οὗτοι κατά γε τὰς ῥυθμοποιίας ἱκανοὶ οὐκ ἐκβαίνοντες μὲν τοῦ καλοῦ τύπου. ἔστι δέ τις Ἀλκμανικὴ καινοτομία καὶ Στησιχόρειος καὶ αὐταὶ οὐκ ἀφεστῶσαι τοῦ καλοῦ. Κρέξος δὲ καὶ Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς τὴν ἡλικίαν γεγονότες ποιηταὶ φορτικώτεροι καὶ φιλόκαινοι b γεγόνασι τὸν φιλάνθρωπον καὶ θεματικὸν νῦν ὀνομαζόμενον (τρόπον) διώξαντες· τὴν γὰρ ὀλιγοχορδίαν καὶ τὴν ἁπλότητα καὶ σεμνότητα τῆς μουσικῆς παντελῶς ἀρχαϊκὴν εἶναι συμβέβηκεν.

Cap. XIII.

Εἰρηκὼς κατὰ δύναμιν περί τε τῆς πρώτης μουσικῆς καὶ τῶν πρώτων εὑρόντων αὐτήν, καὶ ὑπὸ τίνων κατὰ χρόνους ταῖς προσεξευρέσεσιν ηὔξηται, καταπαύσω τὸν λόγον, καὶ παραδώσω τῷ ἑταίρῳ Σωτηρίχῳ ἐσπουδακότι οὐ μόνον περὶ μουσικήν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον παιδείαν. ἡμεῖς γὰρ μᾶλλον χειρουργικῷ μέρει τῆς μουσικῆς ἐγγεγυμνάσμεθα. ὁ μὲν Λυσίας ταῦτ' εἰπὼν κατέπαυσε τὸν λόγον.

modum in musicam invexit. Polymnestus post Terpandrium modum, quo et usus est, ipse quoque pulchrae formae studens, suum introduxit: similiter etiam Thaletas et Sacadas: nam hi etiam rhythmis componendis suffecerunt, neque egressi sunt pulchram illam formam. Sunt etiam alia et ab Alcmane et a Stesichoro novata, ita ut etiam in his a pulcro non discederetur modo. Crexus autem, Timotheus atque Philoxenus aliique huius aetatis poetae importuniores ac novitatis studiosi fuerunt, modum enim affectaverunt, qui Philanthropus nunc et Thematicus appellatur. Evenit enim, ut paucitas chordarum simplicitasque et maiestas musicae plane ob vetustatem spernenda videretur.

Cap. XIII. Pro virili parte locutus de prima musica, de primis eius inventoribus, tum quorum ea temporis progressu novis inventionibus aucta fuerit, finem faciam dicendi, locumque dabo Soterico amico, qui non musicam modo, sed et reliquum disciplinarum orbem studiose excoluit. Nos enim magis exercitati sumus in ea musicae parte, quae manu et instrumentis tractatur. His dictis Lysias finem dicendi fecit.

Cap. XIV.

Σωτήριχος δὲ μετὰ τοῦτον ὧδέ πως ἔφη· ὑπὲρ σεμνοῦ c ἐπιτηδεύματος καὶ θεοῖς μάλιστα ἀρέσκοντος, ὠγαθὲ Ὀνησίκρατες, τοὺς λόγους ἡμᾶς προετρέψω ποιήσασθαι. ἀποδέχομαι μὲν οὖν τῆς συνέσεως τὸν διδάσκαλον Λυσίαν· ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς μνήμης, ἣν ἐπεδείξατο περί τε τοὺς εὑρετὰς τῆς πρώτης μουσικῆς καὶ περὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα συγγεγραφότας. ὑπομνήσω δὲ τοῦθ' ὅτι τοῖς ἀναγεγραμμένοις μόνοις κατακολουθήσας πεποίηται τὴν δεῖξιν. ἡμεῖς δ' οὐκ ἄνθρωπόν τινα παρελάβομεν εὑρετὴν τῶν τῆς μουσικῆς ἀγαθῶν, ἀλλὰ τὸν πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένον θεὸν Ἀπόλλωνα. οὔτε γὰρ Μαρσύου ἢ Ὀλύμπου ἢ Ὑάγνιδος, ὥς τινες οἴονται, εὕρημα ὁ αὐλός· οὐ μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός. δῆλον δ' ἐκ τῶν χορῶν καὶ τῶν θυσιῶν, ἃς προσῆγον μετ' αὐλῶν τῷ θεῷ, καθάπερ ἄλλοι τε καὶ Ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν Ὕμνων ἱστορεῖ. καὶ ἡ ἐν Δήλῳ δὲ τοῦ p. 1136 ἀγάλματος αὐτοῦ ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Χάριτας τῶν τῆς μουσικῆς ὀργάνων ἑκάστην τι ἔχουσαν. ἡ μὲν γὰρ λύραν κρατεῖ, ἡ δ' αὐλούς, ἡ δ' ἐν μέσῳ προσκειμένην ἔχει τῷ στόματι σύριγγα. ὅτι δ' οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, Ἀντικλῆς καὶ Ἴστρος ἐν ταῖς

Cap. XIV. Tum Sotericus in haec verba orsus est: de
venerabili studio et diis maxime accepto, mi Onesicrates, verba
nos facere iussisti. Probo igitur Lysiae praeceptoris cum do-
ctrinam, tum memoriam, quam ostendit recensendis primis mu-
sicae inventoribus, iisque qui has res conscripserunt. Id unum
monebo, eum recensionum tantum monumenta secutum haec ex-
posuisse. Nos autem non hominem aliquem accepimus reper-
torem musicae bonorum, sed omnibus virtutibus ornatum deum
Apollinem. Non enim Marsyae, aut Olympi, aut Hyagnidis, ut
putant quidam, inventum tibia, neque sola cithara Apollinis est,
sed idem deus et tibiae et citharae cantum invenit. Manifestum
hoc est e choris et sacrificiis, quae tibiis canentes deo offere-
bant, quod et alii et Alcaeus in quodam Hymno narrat. Sed
et simulacrum Apollinis in Delo positum in dextra manu ar-
cum, laeva Gratias habet, quarum quaevis aliquod musicum in-
strumentum tenet, lyram una, alia tibias, media fistulam ori
admotam. Neque meus est hic sermo, sed Anticles et Ister

Ἐπιφανείαις περὶ τούτων ἀφηγήσαντο. οὕτω δὲ παλαιόν ἐστι τὸ ἀφίδρυμα τοῦτο, ὥστε τοὺς ἐργασαμένους αὐτὸ τῶν καθ' Ἡρακλέα [Μερόπων] φασὶν εἶναι. ἀλλὰ μὴν καὶ τῷ κατακομίζοντι παιδὶ τὴν Τεμπικὴν δάφνην εἰς Δελφοὺς
B παρομαρτεῖ αὐλητής. καὶ τὰ ἐξ Ὑπερβορέων δὲ ἱερὰ μετ' αὐλῶν καὶ συρίγγων καὶ κιθάρας εἰς τὴν Δῆλόν φασι τὸ παλαιὸν στέλλεσθαι. ἄλλοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεόν φασιν αὐλῆσαι. καθάπερ ἱστορεῖ ὁ ἄριστος μελῶν ποιητὴς Ἀλκμάν. ἡ δὲ Κόριννα καὶ διδαχθῆναί φησι τὸν Ἀπόλλω ὑπ' Ἀθηνᾶς αὐλεῖν. σεμνὴ οὖν κατὰ πάντα ἡ μουσικὴ θεῶν εὕρημα οὖσα.

Cap. XV.

Ἐχρήσαντο δ' αὐτῇ οἱ παλαιοὶ κατὰ τὴν ἀξίαν, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι πᾶσιν. οἱ δὲ νῦν τὰ σεμνὰ αὐτῆς παραιτησάμενοι ἀντὶ τῆς ἀνδρώδους ἐκείνης καὶ θεσπεσίας καὶ θεοῖς φίλης κατεαγυῖαν καὶ κωτίλην εἰς τὰ θέατρα εἰσάγουσι. τοιγάρτοι Πλάτων ἐν τῷ τρίτῳ τῆς
C Πολιτείας δυσχεραίνει τῇ τοιαύτῃ μουσικῇ· τὴν γοῦν Λύδιον ἁρμονίαν παραιτεῖται, ἐπειδὴ ὀξεῖα καὶ ἐπιτήδειος πρὸς θρῆνον· ἢ καὶ τὴν πρώτην σύστασιν αὐτῆς φασι θρηνώδη τινὰ γενέσθαι. Ὄλυμπον γὰρ πρῶτον Ἀριστόξε-

in libris quos de Apparitionibus deorum scripserunt, haec rettulere. Et simulacrum illud ita antiquum est, ut dicatur a Meropibus factum, qui Herculis aetate vixerunt. Sed et puerum, qui Tempicam laurum Delphos defert, comitatur tibicen. Quin et Hyperboreorum sacra adhibitis tibiis citharis et fistulis in Delum mitti solita ferunt antiquitus. Sunt qui ipsum deum tibia cecinisse autument, ut narrat optimus cantilenarum conditor Alcman. Corinna adeo a Minerva didicisse tibiis canere Apollinem ait. Itaque veneranda prorsus est musica deorum inventum.

Cap. XV. Prisci porro ea, ut dignum fuit, usi sunt, ut et reliquis omnibus disciplinis. Hac vero aetate, maiestate eius omissa, pro mascula illa et divina immortalibusque grata confractam et garrulam in theatra inducunt musicam, quam Plato tertio de Republica libro vituperat, Lydiam quidem harmoniam repudians, ut acutam et accomodatam lamentis: unde et primam eius institutionem lugubrem fuisse dicunt. Nam Aristoxenus

νος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μουσικῆς ἐπὶ τῷ Πύθωνί φησιν ἐπικήδειον αὐλῆσαι Λυδιστί. εἰσὶ δ' οἳ* Μελανιππίδην τοῦτον τοῦ μέλους ἄρξαι φασί. Πίνδαρος δ' ἐν Παιᾶσιν ἐπὶ τοῖς Νιόβης γάμοις φησὶ Λύδιον ἁρμονίαν πρῶτον ὑπ' Ἀνθίππου διδαχθῆναι. ἄλλοι δὲ Τόρρηβον πρῶτον τῇ ἁρμονίᾳ χρήσασθαι, καθάπερ Διονύσιος ὁ Ἴαμβος ἱστορεῖ.

Cap. XVI.

Καὶ ἡ Μιξολύδιος δὲ παθητική τίς ἐστι τραγῳδίαις ἁρμόζουσα. Ἀριστόξενος δέ φησι Σαπφὼ πρώτην εὕρασθαι τὴν Μιξολυδιστὶ παρ' ἧς τοὺς τραγῳδοποιοὺς μαθεῖν· λαβόντας γοῦν αὐτοὺς συζεῦξαι τῇ Δωριστί. ἐπεὶ ἡ μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἀξιωματικὸν ἀποδίδωσιν, ἡ δὲ τὸ παθητικόν, μέμικται δὲ διὰ τούτων τραγῳδία. ἐν δὲ τοῖς Ἱστορικοῖς τῆς Ἁρμονικῆς Ὑπομνήμασι Πυθοκλείδην φησὶ τὸν αὐλητὴν εὑρετὴν αὐτῆς γεγονέναι. Λύσις δὲ Λαμπροκλέα τὸν Ἀθηναῖον συνιδόντα, ὅτι οὐκ ἐνταῦθα ἔχει τὴν διάζευξιν, ὅπου σχεδὸν ἅπαντες ᾤοντο, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὀξύ, τοιοῦτον αὐτῆς ἀπεργάσασθαι τὸ σχῆμα, οἷον τὸ ἀπὸ παραμέσης ἐπὶ ὑπάτην ὑπατῶν. ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ἐπανειμένην Λυδιστί, ἥπερ ἐναντία τῇ Μιξολυδιστί, παραπλησίαν

scribit in primo de Musica libro Olympum de morte Pythonis lugubre carmen tibiis cecinisse Lydio modo. Sunt qui * Melanippidem auctorem eius cantilenae faciant. Pindarus in Paeanibus primum de Niobes nuptiis Lydiam harmoniam usurpatum ait ab Anthippo. Alii Torrebum principem ea usum dicunt, qua de re narrat Dionysius Iambus.

Cap. XVI. Mixolydia quoque animum percellens tragoediis est apta. Hanc Aristoxenus scribit primum a Sapphone inventam: ab ea didicisse poetas tragicos, qui cum Dorica coniunxerint, cum haec magnificentiam et maiestatem conciliet, illa mentem perturbet; ex utroque vero commixta sit tragoedia. In Historicis de Harmonica Commentariis legitur eam a Pythoclida excogitatam fuisse tibicine. Lysis perhibet Lamproclem Atheniensem, cum animadvertisset non ibi esse diazeuxin, ubi fere omnes putavissent, sed versus acutum, talem eius instituisse modum, qualis est a paramesa ad hypaten hypaton. Quin etiam remissam illam Lydiam harmoniam, Mixolydiae contra-

οὖσαν τῇ Ἰάδι, ὑπὸ Δάμωνος εὑρῆσθαί φασι τοῦ Ἀθη ναίου.

Cap. XVII.

Τούτων δὴ τῶν ἁρμονιῶν, τῆς μὲν θρηνῳδικῆς τινος οὔσης, τῆς δ' ἐκλελυμένης, εἰκότως ὁ Πλάτων παραιτησάμενος αὐτὰς τὴν Δωριστὶ ὡς πολεμικοῖς ἀνδράσι καὶ σώ-
c φροσιν ἁρμόζουσαν εἵλετο· οὐ μὰ Δί' ἀγνοήσας, ὡς Ἀριστόξενός φησιν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Μουσικῶν, ὅτι καὶ ἐν ἐκείναις τι χρήσιμον ἦν πρὸς πολιτειῶν φυλακήν· πάνυ γὰρ προσέσχε τῇ μουσικῇ ἐπιστήμῃ Πλάτων ἀκουστὴς γενόμενος Δράκοντος τοῦ Ἀθηναίου καὶ Μετάλλου τοῦ Ἀκραγαντίνου. ἀλλ' ἐπεί, ὡς προείπομεν, πολὺ τὸ σεμνόν ἐστιν ἐν τῇ Δωριστὶ ταύτην προὐτίμησεν. οὐκ ἠγνόει δέ, ὅτι πολλὰ Δώρια Παρθένια Ἀλκμᾶνι καὶ Πινδάρῳ καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Βακχυλίδῃ πεποίηται, ἀλλὰ μὴν καὶ ὅτι Προσόδια καὶ Παιᾶνες, καὶ μέντοι ὅτι καὶ τραγικοὶ οἶκτοί ποτε ἐπὶ τοῦ Δωρίου
p. 1137 τρόπου ἐμελῳδήθησαν καί τινα ἐρωτικά. ἐξήρκει δ' αὐτῷ τὰ εἰς τὸν Ἄρην καὶ Ἀθηνᾶν καὶ τὰ σπονδεῖα· ἐπιρρῶσαι γὰρ ταῦτα ἱκανὰ ἀνδρὸς σώφρονος ψυχήν. καὶ περὶ τοῦ Λυ-

riam, assimilem Ionicae, inventam autumant a Damone Atheniensi.

Cap. XVII. Has harmonias, cum altera earum sit ad lamentandum parata, altera dissoluta, recte Plato reiecit, ac Doricam delegit, ut bellicosis temperantibusque convenientem viris. Nec mehercle id fecit ignorans, ut cum Aristoxeno in secundo Musicarum Rerum loquar, etiam in istis aliquid esse, quod ad rerum publicarum constitutionem custodiendam prosit: studiosissimus enim musicae fuit Plato, ut qui Draconem audivisset Atheniensem et Metallum Agrigentinum. Sed quia, ut monui, magnam in Dorica maiestatem intellexit, eam harmoniam praetulit: non nescius multa Dorice Parthenia ab Alcmane, Pindaro, Simonide et Bacchylide facta, quin etiam Prosodia, Paeanes, adde etiam deplorationes tragicas et amatoria quaedam carmina Doricae harmoniae esse inclusa. Sed ei sufficiebant, quae in Martem Minervamque canebantur et cantilenae Spondeae: satis enim ea valebant ad animum viri honesti confirmandum. Idem Lydiae et Ionicae

δίου οὐκ ἠγνόει καὶ περὶ τῆς Ἰάδος· ἠπίστατο γάρ, ὅτι ἡ τραγῳδία ταύτῃ τῇ μελοποιίᾳ κέχρηται.

Cap. XVIII.

Καὶ οἱ παλαιοὶ δὲ πάντες οὐκ ἀπείρως ἔχοντες πασῶν τῶν ἁρμονιῶν ἐνίαις ἐχρήσαντο· οὐ γὰρ ἡ ἄγνοια τῆς τοιαύτης στενοχωρίας καὶ ὀλιγοχορδίας αὐτοῖς αἰτία γεγένηται· οὐδὲ δι' ἄγνοιαν οἱ περὶ Ὄλυμπον καὶ Τέρπανδρον καὶ οἱ ἀκολουθήσαντες τῇ τούτων προαιρέσει περιεῖλον B
τὴν πολυχορδίαν τε καὶ ποικιλίαν. μαρτυρεῖ γοῦν τὰ Ὀλύμπου τε καὶ Τερπάνδρου ποιήματα καὶ τῶν τούτοις ὁμοιοτρόπων πάντων. ὀλιγόχορδα γὰρ ὄντα καὶ ἁπλᾶ διαφέρει τῶν ποικίλων καὶ πολυχόρδων, ὡς μηδένα δύνασθαι μιμήσασθαι τὸν Ὀλύμπου τρόπον, ὑστερίζειν δ' αὐτοῦ τοὺς ἐν τῷ πολυχόρδῳ τε καὶ πολυτρόπῳ καταγινομένους.

Cap. XIX.

Ὅτι δὲ οἱ παλαιοὶ οὐ δι' ἄγνοιαν ἀπείχοντο τῆς τρίτης ἐν τῷ σπονδειάζοντι τρόπῳ, φανερὸν ποιεῖ ἡ ἐν τῇ κρούσει γενομένη χρῆσις· οὐ γὰρ ἄν ποτ' αὐτῇ πρὸς τὴν παρυπάτην κεχρῆσθαι συμφώνως μὴ γνωρίζοντας τὴν χρῆ-

harmoniae usum non ignoravit, sciens ista modulatione tragoediam uti.

Cap. XVIII. Sed et veteres omnes nullius imperiti harmoniae, tamen usi quibusdam modo sunt. Neque enim ignoratio tantas angustias et paucitatem chordarum peperit apud illos: neque inscitia factum est, ut Terpander, Olympus horumque sectatores multitudinem et varietatem nervorum reiecerint. Atque hoc arguunt Olympi, Terpandri et aliorum, qui modum eundem tenuerunt, carmina omnium: quae cum paucis sint contenta fidibus ac simplicia, praestant omnibus variis et multas chordas requirentibus: ita quidem, ut Olympi modum exprimere nemo possit, inferioresque eo sint omnes, ubi se ad multiplicem et multis chordis instructam modulationem contulerunt.

Cap. XIX. Priscos autem in modo Spondiaco non ignorasse tertiae chordae usum satis demonstrat eius in pulsatione quae tum fuit usurpatio. Non enim ea cum parhypata per consonantiam usi fuissent, si usum ignoravissent. Sed manifestum

σιν. ἀλλὰ δῆλον, ὅτι τὸ τοῦ κάλλους ἦθος, ὃ γίνεται ἐν τῷ σπονδειακῷ τρόπῳ διὰ τὴν τῆς τρίτης ἐξαίρεσιν, τοῦτ' ἦν τὸ τὴν αἴσθησιν αὐτῶν ἐπάγον ἐπὶ τὸ διαβιβάζειν τὸ μέλος ἐπὶ τὴν παρανήτην. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τῆς νήτης. καὶ γὰρ ταύτῃ πρὸς μὲν τὴν κροῦσιν ἐχρῶντο καὶ πρὸς παρανήτην διαφώνως καὶ πρὸς μέσην συμφώνως· κατὰ δὲ τὸ μέλος οὐκ ἐφαίνετο αὐτοῖς οἰκεία εἶναι τῷ σπονδειακῷ τρόπῳ. οὐ μόνον δὲ τούτοις, ἀλλὰ καὶ τῇ συνημμένων νήτῃ οὕτω κέχρηνται πάντες· κατὰ μὲν γὰρ τὴν κροῦσιν αὐτὴν διεφώνουν πρός τε παρανήτην καὶ πρὸς παραμέσην καὶ (συνεφώνουν πρός τε μέσην καὶ) πρὸς λιχανόν· κατὰ δὲ τὸ μέλος, κἂν αἰσχυνθῆναι ** τῷ χρησαμένῳ ἐπὶ τῷ γινομένῳ δι' αὐτὴν ἤθει. δῆλον δ' εἶναι καὶ ἐκ τῶν Φρυγίων, ὅτι οὐκ ἠγνόητο ὑπ' Ὀλύμπου τε καὶ τῶν ἀκολουθησάντων ἐκείνῳ· ἐχρῶντο γὰρ αὐτῇ οὐ μόνον κατὰ τὴν κροῦσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ μέλος ἐν τοῖς Μητρῴοις καὶ ἔν τισι τῶν Φρυγίων. δῆλον δὲ καὶ τὸ περὶ τῶν ὑπατῶν, ὅτι οὐ δι' ἄγνοιαν ἀπείχοντο ἐν τοῖς Δωρίοις τοῦ τετραχόρδου τούτου· αὐτίκα ἐπὶ τῶν λοιπῶν τόνων ἐχρῶντο δηλονότι εἰδότες· διὰ δὲ τὴν τοῦ ἤθους φυλακὴν ἀφῄρουν τοῦ Δωρίου τόνου τιμῶντες τὸ καλὸν αὐτοῦ.

est, eos elegantiae sensu, quae Spondiaco modo conciliatur tertia exemta, inductos esse ad transducendam modulationem in paranetam. Eadem de neta est ratio. Nam et hac in pulsatione usi sunt, cum paraneta per dissonantiam, cum media per consonantiam. Sed in cantus modulatione non visa est illis convenire Spondiaco modo. Neque his tantum, sed et synemmenon neta sic universi sunt usi. Nam secundum pulsationem ipsam dissonabant ad paranetam et paramesam, consonabant autem ad mesam et lichanum: sed in cantilena utenti pudorem incussisset ob affectionem audientium, quam is modus parit. Ex Phrygiis etiam constare aiunt non ignoratam fuisse hanc chordam ab Olympo, et qui eum secuti sunt. Usi sunt enim iis non tantum in pulsatione, sed et in cantilenis de Matre deorum et quibusdam Phrygiis. De hypatis etiam constat, non ignoratione factum esse, ut eo quadrichordo non uterentur in Dorio, cum in aliis tonis sint usi, utique cognitum habuerint. Sed ut iustum modum servarent, a Dorio tono id reiecerunt pulcritudinem eius venerantes.

Cap. XX.

Οἷόν τι καὶ ἐπὶ των τῆς τραγῳδίας ποιητῶν· τῷ γὰρ χρωματικῷ γένει καὶ τῷ ἐναρμονίῳ τραγῳδία μὲν οὐδέπω καὶ τήμερον κέχρηται, κιθάρα δὲ πολλαῖς γενεαῖς πρεσβυτέρα τραγῳδίας οὖσα ἐξ ἀρχῆς ἐχρήσατο. τὸ δὲ χρῶμα, ὅτι πρεσβύτερόν ἐστι τῆς ἁρμονίας, σαφές. δεῖ γὰρ δηλονότι κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἔντευξιν καὶ χρῆσιν τὸ πρεσβύτερον λέγειν· κατὰ γὰρ αὐτὴν τὴν τῶν γενῶν φύσιν οὐκ ἔστιν ἕτερον ἑτέρου πρεσβύτερον. εἰ οὖν τις Αἰσχύλον ἢ Φρύνιχον φαίη δι' ἄγνοιαν ἀπεσχῆσθαι τοῦ χρώματος, ἆρα γ' οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη; ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ Παγκράτην ἂν εἴποι ἀγνοεῖν τὸ χρωματικὸν γένος· ἀπείχετο γὰρ καὶ οὗτος ὡς ἐπιτοπολὺ τούτου, ἐχρήσατο δ' ἔν τισιν. οὐ δι' ἄγνοιαν οὖν δηλονότι, ἀλλὰ διὰ τὴν προαίρεσιν ἀπείχετο· ἐζήλου γοῦν, ὡς αὐτὸς ἔφη, τὸν Πινδάρειόν τε καὶ Σιμωνίδειον τρόπον καὶ καθόλου τὸν ἀρχαῖον καλούμενον ὑπὸ τῶν νῦν.

Cap. XXI.

Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ Τυρταίου τε τοῦ Μαντινέως καὶ Ἀνδρέα τοῦ Κορινθίου καὶ Θρασύλλου τοῦ Φλιασίου καὶ ἑτέρων πολλῶν, οὓς πάντας ἴσμεν διὰ προαίρεσιν

Cap. XX. Tale est etiam in Tragoedia quippiam. Nam chromatico genere et enharmonio nusquam ne hodie quidem tragoedia utitur: cithara vero, quae tragoediam aetate multis saeculis anteit, ab initio usa est. Chroma autem quam Harmoniam esse antiquius in promtu est. Nimirum aetas definienda est secundum humanae naturae occursum et usum. Nam quod ad ipsam generum attinet naturam, non est aliud alio antiquius. Si quis ergo Aeschylum aut Phrynichum diceret ob ignorantiam abstinuisse chromate, nonne absurde diceret? Idem enim etiam Pancratem diceret ignoravisse chromaticum genus, nam et is plerumque vitavit, etsi in quibusdam eo usus est: abstinuit igitur non ignoratione, sed consilio ductus, sectabatur enim, ut ipse aiebat, Pindaricum ac Simonideum modum et omnino eum, qui nunc antiquus appellatur.

Cap. XXI. Eadem de Tyrtaeo Mantineensi et Andrea Corinthio, Thrasyllo Phliasio multisque aliis valet ratio: quos omnes scimus consulto abstinuisse chromate, mutatione, fidium multi-

p. 1138 ἀπεσχημένους χρώματός τε καὶ μεταβολῆς καὶ πολυχορδίας καὶ ἄλλων πολλῶν ἐν μέσῳ ὄντων ῥυθμῶν τε καὶ ἁρμονιῶν καὶ λέξεων καὶ μελοποιίας καὶ ἑρμηνείας· αὐτίκα Τηλεφάνης ὁ Μεγαρικὸς οὕτως ἐπολέμησε ταῖς σύριγξιν, ὥστε τοὺς αὐλοποιοὺς οὐδ' ἐπιθεῖναι πώποτε εἴασεν ἐπὶ τοὺς αὐλούς, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πυθικοῦ ἀγῶνος μάλιστα διὰ ταῦτ' ἀπέστη. καθόλου δ' εἴ τις τῷ μὴ χρῆσθαι τεκμαιρόμενος καταγνώσεται τῶν μὴ χρωμένων ἄγνοιαν, πολλῶν ἄν τις φθάνοι καὶ τῶν νῦν καταγιγνώσκων· οἷον τῶν μὲν Δωριω-
E νείων τοῦ Ἀντιγενιδείου τρόπου καταφρονούντων, ἐπειδήπερ οὐ χρῶνται αὐτῷ, τῶν δ' Ἀντιγενιδείων τοῦ Δωριωνείου διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, τῶν δὲ κιθαρῳδῶν τοῦ Τιμοθείου τρόπου· σχεδὸν γὰρ ἀποπεφοιτήκασιν εἴς τε τὰ καττύματα καὶ εἰς τὰ Πολυείδου ποιήματα. πάλιν δ' αὖ εἴ τις καὶ περὶ τῆς ποικιλίας ὀρθῶς τε καὶ ἐμπείρως ἐπισκοποίη τὰ τότε καὶ τὰ νῦν συγκρίνων, εὕροι ἂν ἐν χρήσει οὖσαν καὶ τότε τὴν ποικιλίαν. τῇ γὰρ περὶ τὰς ῥυθμοποιίας ποικιλίᾳ οὔσῃ ποικιλωτέρᾳ ἐχρήσαντο οἱ παλαιοί· ἐτίμων γοῦν τὴν ῥυθμικὴν ποικιλίαν καὶ τὰ περὶ τὰς κρουματικὰς δὲ διαλέκτους τότε ποικιλώτερα ἦν· οἱ μὲν γὰρ νῦν φιλόμυθοι, οἱ δὲ τότε φιλόρρυθμοι. δῆλον οὖν ὅτι οἱ

tudine, aliisque multis in medio sitis rhythmorum, harmoniarum, vocabulorum, modulationum, elocutionum generibus. Statim enim occurrit Telephanes Megarensis, qui ita infensus fuit fistulis, ut tibicines nunquam sit eas passus imponere tibiis, quin et Pythico certamine hac maxime de caussa abstitit. In universum autem si quis ex eo, quod usum aliquis rei omiserit, colligendum putet eam ipsi rem ignotam fuisse: multi restant ei etiamnum inscitiae damnandi: ut Dorionei, qui Antigenideum modum spernunt, siquidem eo non utuntur: et rursum Antigenidei, qui eadem de caussa Dorioneum: et citharoedi, qui Timothei modum vitant: fere enim in quisquilias abierunt et ad Polyidi poemata. Iam si quis recte et perite consideret varietatem, et prisca cum nostris comparet, olim quoque varietatem in usu fuisse inveniet. Nam varietate in rhythmis faciendis, quae magis varia esset, usi sunt veteres, ut qui rhythmicam varietatem in honore haberent. Sed et pulsationum quasi elocutiones tunc fuerunt magis variae, nam nostri fabularum sunt studiosi, prisci rhythmorum amatores erant. Constat

παλαιοὶ οὐ δι' ἄγνοιαν, ἀλλὰ διὰ προαίρεσιν ἀπείχοντο τῶν κεκλασμένων μελῶν. καὶ τί θαυμαστόν; πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἀγνοεῖται μὲν ὑπὸ τῶν χρωμένων, ἀπηλλοτρίωται δ' αὐτῶν τῆς χρείας ἀφαιρεθείσης διὰ τὸ εἰς ἔνια ἀπρεπές.

Cap. XXII.

Δεδειγμένου δέ, ὅτι ὁ Πλάτων οὔτ' ἀγνοίᾳ οὔτ' ἀπειρίᾳ τὰ ἄλλα παρῃτήσατο, ἀλλ' ὡς οὐ πρέποντα τοιαύτῃ πολιτείᾳ, δείξομεν ἑξῆς ὅτι ἔμπειρος ἁρμονίας ἦν. ἐν γοῦν τῇ ψυχογονίᾳ τῇ ἐν τῷ Τιμαίῳ τήν τε περὶ τὰ μαθήματα καὶ μουσικὴν σπουδὴν ἐπεδείξατο ὧδέ πως· "καὶ μετὰ ταῦτα συνεπλήρου τά τε διπλάσια καὶ τὰ τριπλάσια διαστήματα μοίρας τ' ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστ' ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας". ἁρμονικῆς γὰρ ἦν ἐμπειρίας τοῦτο τὸ προοίμιον, ὡς αὐτίκα δείξομεν. τρεῖς εἰσι μεσότητες αἱ πρῶται, ἀφ' ὧν λαμβάνεται πᾶσα μεσότης, ἀριθμητική, ἁρμονική, γεωμετρουμένη. τούτων ἡ μὲν ἴσῳ ἀριθμῷ ὑπερέχει καὶ ὑπερέχεται, ἡ δ' ἴσῳ λόγῳ, ἡ δ' οὔτε λόγῳ οὔτ' ἀριθμῷ. ὁ τοίνυν

ergo non ob ignorationem, sed consilio veteres fractis cantilenis abstinuisse. Neque hoc mirum est, cum multa alia vitae instituta non ignorentur ab iis, qui ea non usurpant, sed usu demto ab ipsis abalienantur, quod in quibusdam sunt indecora.

Cap. XXII. Sed demonstrato Platoni neque ignorantiam neque imperitiam in caussa fuisse, ut quaedam reiceret, verum id eum fecisse, quia indecora rei publicae iudicaret ea esse, iam nunc ostendemus eum harmonicae rei gnarum fuisse. Is ergo in procreatione animae, quam Timaeo inseruit, suam in rebus mathematicis ac musicis diligentiam fecit testatam his fere verbis: „et secundum haec implevit cum dupla tum tripla intervalla, portionesque inde abscidit et in medio eorum collocavit, ut in quovis intervallo duo sint media". Hoc exordium manasse ab harmonica peritia mox ostendemus. Tres sunt medietates, unde omnis medietas aestimatur, arithmetica, harmonica, geometrica. In prima aequalis est numerus, quo se invicem excedunt exceduntque termini: in tertia eadem fit proportione: in secunda neque proportione, neque numero eodem. Itaque Plato,

Πλάτων τὴν ψυχικὴν ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων E καὶ τὴν αἰτίαν τῆς πρὸς ἄλληλα ἐξ ἀνομοίων συμφωνίας δεῖξαι ἁρμονικῶς βουληθεὶς ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο μεσότητας ψυχικὰς ἀπέφηνε κατὰ τὸν μουσικὸν λόγον· τῆς γὰρ διὰ πασῶν ἐν μουσικῇ συμφωνίας δύο διαστήματα μέσα εἶναι συμβέβηκεν, ὧν τὴν ἀναλογίαν δείξομεν. ἡ μὲν γὰρ διὰ πασῶν ἐν διπλασίονι λόγῳ θεωρεῖται. ποιήσει δ' εἰκόνος χάριν τὸν διπλάσιον λόγον κατ' ἀριθμὸν τὰ ἓξ καὶ F τὰ δώδεκα· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ διάστημα ἀπὸ ὑπάτης μέσων ἐπὶ νήτην διεζευγμένων. ὄντων οὖν τῶν ἓξ καὶ δώδεκα ἄκρων ἔχει ἡ μὲν ὑπάτη μέσων τὸν τῶν ἓξ ἀριθμόν, ἡ δὲ νήτη διεζευγμένων τὸν τῶν δώδεκα. λαβεῖν δὴ λοιπὸν χρὴ πρὸς τούτοις ἀριθμοὺς τοὺς μεταξὺ πίπτοντας, ὧν οἱ ἄκροι ὁ μὲν ἐπίτριτος, ὁ δὲ ἡμιόλιος φανήσεται· εἰσὶ δὲ ὁ τῶν ὀκτὼ καὶ τῶν ἐννέα· τῶν γὰρ ἓξ τὰ μὲν ὀκτὼ ἐπίτριτα, τὰ δ' ἐννέα ἡμιόλια. τὸ μὲν ἓν ἄκρον τοιοῦτο· τὸ δ' ἄλλο τὸ τῶν δώδεκα τῶν μὲν ἐννέα ἐπίτριτα, τῶν δ' ὀκτὼ ἡμιό- p. 1139 λια. τούτων οὖν τῶν ἀριθμῶν ὄντων μεταξὺ τῶν ἓξ καὶ τῶν δώδεκα καὶ τοῦ διὰ πασῶν διαστήματος ἐκ τοῦ διὰ τεττάρων καὶ τοῦ διὰ πέντε συνεστῶτος δῆλον, ὅτι ἕξει ἡ μὲν μέση τὸν τῶν ὀκτὼ ἀριθμόν, ἡ δὲ παραμέση τὸν

cum animalem harmoniam quattuor elementorum caussamque ex dissimilibus inter se consonantiae vellet harmonice demonstrare, in utroque intervallo duas animales medietates musica ratione ostendit. Nam consonantia, quam in rebus musicis Octavam dicimus, duo inter extremos terminos media recepit, quorum proportionem ostendemus. Haec enim consonantia duplice ratione cernitur, quam exempli caussa sex et duodecim numeri efficient. Hoc intervallum porrigitur ab hypata meson ad netam diezeugmenon. Itaque si sex et duodecim extremitates sunt, habet hypata meson senarium, duodenarium numerum neta diezeugmenon. Quaerendi iam sunt duo numeri in medium incidentes ad quos extremorum maior ad sibi proximum sesquitertius, ad reliquum sit sesquialter: ii numeri sunt octo et novem: nam sex cum triente in octo continetur, in novem cum semisse. Sic unus extremorum: alter, duodecim puta, novem pro dodrante, octo pro besse habet. Ergo his numeris inter sex et duodecim interiectis, cum Octava constet ex Quartae et Quintae intervallis, liquet mediae chordae sive mesae numerum octo,

τῶν ἐννέα. τούτου γενομένου ἕξει ἡ ὑπάτη πρὸς μέσην, ὡς παραμέση πρὸς νήτην διεζευγμένων· ἀπὸ γὰρ ὑπάτης μέσων διὰ τεττάρων ἐπὶ μέσην, ἀπὸ δὲ παραμέσης ἐπὶ νήτην διεζευγμένων διὰ τεττάρων. ἡ αὐτὴ δ' ἀναλογία καὶ ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν εὑρίσκεται· ὡς γὰρ ἔχει τὰ ἓξ πρὸς τὰ B ὀκτώ, οὕτω τὰ ἐννέα πρὸς τὰ δώδεκα· καὶ ὡς ἔχει τὰ ἓξ πρὸς τὰ ἐννέα, οὕτω τὰ ὀκτὼ πρὸς τὰ δώδεκα· ἐπίτριτα γὰρ τὰ μὲν ὀκτὼ τῶν ἕξ, τὰ δὲ δώδεκα τῶν ἐννέα· ἡμιόλια δὲ τὰ μὲν ἐννέα τῶν ἕξ, τὰ δὲ δώδεκα τῶν ὀκτώ. ἀρκέσει τὰ εἰρημένα εἰς τὸ ἐπιδεδειχέναι, ἣν εἶχε περὶ τὰ μαθήματα σπουδὴν καὶ ἐμπειρίαν Πλάτων.

Cap. XXIII.

Ὅτι δὲ σεμνὴ ἡ ἁρμονία καὶ θεῖόν τι καὶ μέγα, Ἀριστοτέλης ὁ Πλάτωνος ταυτὶ λέγει· „ἡ δὲ ἁρμονία ἐστὶν οὐρανία τὴν φύσιν ἔχουσα θείαν καὶ καλὴν καὶ δαιμονίαν· τετραμερὴς δὲ τῇ δυνάμει πεφυκυῖα δύο μεσότητας ἔχει ἀριθμητικήν τε καὶ ἁρμονικήν· φαίνεταί τε τὰ μέρη αὐτῆς καὶ τὰ μεγέθη καὶ αἱ ὑπεροχαὶ κατ' ἀριθμὸν καὶ ἰσομετρίαν· ἐν γὰρ δυσὶ τετραχόρδοις ῥυθμίζεται τὰ μέλη". ταῦτα μὲν τὰ ῥητά. συνεστάναι δ' αὐτῆς τὸ C

paramesae novem deberi. Quo facto erit ea ratio hypatae ad mediam, quae paramesae erat ad netam diezeugmenon: nam ab hypata mediarum erit Quarta ad mediam, nec non a paramesa ad netam diezeugmenon. Eademque invenitur numerorum proportio: eadem enim est sex ad octo, quae novem ad duodecim ratio, et ut sex ad novem sunt affecta, ita octo ad duodecim. Nam octo ad sex sesquitertiam habent rationem, et duodecim ad novem: et rursum sesquialteram, ut novem ad sex, ita duodecim ad octo. Ceterum haec sufficient ad demonstrandum, quanta fuerit in rebus mathematicis industria atque peritia versatus Plato.

Cap. XXIII. Porro autem harmoniam rem esse divinam, venerandam, magnam Aristoteles Platonis discipulus his verbis confirmavit: „enimvero harmonia res est caelestis eiusque natura divina atque pulchra. Cum autem sit facultate quadripartita, duas habet medietates arithmeticam et harmonicam: apparetque partes eius, magnitudines et eminentias numero et mensurae aequalitate constare. Nam in duobus quadrichordis cantilenae sua modulatione concinnantur". Hactenus ille ad verbum. Corpus

σῶμα ἔλεγεν ἐκ μερῶν ἀνομοίων συμφωνούντων μέντοι πρὸς ἄλληλα. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς μεσότητας αὐτῆς κατὰ τὸν ἀριθμητικὸν λόγον συμφωνεῖν· τὸν γὰρ νέατον πρὸς τὸν ὕπατον ἐκ διπλασίου λόγου ἡρμοσμένον τὴν διὰ πασῶν συμφωνίαν ἀποτελεῖν. ἔχει γάρ, ὡς προείπομεν, τὸν νέατον δώδεκα μονάδων, τὸν δὲ ὕπατον ἕξ, τὴν δὲ παραμέσην συμφωνοῦσαν πρὸς ὑπάτην καθ' ἡμιόλιον λόγον ἐννέα μονάδων· τῆς δὲ μέσης ὀκτὼ εἶναι μονάδας ἐλέγομεν. συγκεῖσθαι δὲ διὰ τούτων τῆς μουσικῆς τὰ κυριώτατα διαστήματα συμβαίνει· τό τε διὰ τεσσάρων, ὅ ἐστι κατὰ τὸν ἐπί-
D τριτον λόγον· καὶ τὸ διὰ πέντε, ὅ ἐστι κατὰ τὸν ἡμιόλιον λόγον· καὶ τὸ διὰ πασῶν, ὅ ἐστι κατὰ τὸν διπλάσιον· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν ἐπόγδοον σώζεσθαι, ὅς ἐστι κατὰ τὸν τονιαῖον λόγον. ταῖς αὐταῖς δ' ὑπεροχαῖς ὑπερέχειν καὶ ὑπερέχεσθαι τῆς ἁρμονίας τὰ μέρη ὑπὸ τῶν μερῶν, καὶ τὰς μεσότητας ὑπὸ τῶν μεσοτήτων, κατά τε τὴν ἐν ἀριθμοῖς ὑπεροχὴν καὶ κατὰ τὴν γεωμετρικὴν δύναμιν συμβαίνει. ἀποφαίνει γοῦν αὐτὰς Ἀριστοτέλης τὰς δυνάμεις ἐχούσας τοιαύτας· τὴν μὲν νεάτην τῆς μέσης τῷ τρίτῳ
E μέρει τῷ αὐτῆς ὑπερέχουσαν, τὴν δὲ ὑπάτην ὑπὸ τῆς παραμέσης ὑπερεχομένην ὁμοίως, ὡς γίνεσθαι τὰς ὑπερ-

porro eius constare dixit ex partibus dissimilibus, sed quae inter se consonent, quin et medietates earum arithmetica proportione consentire. Nam ima chorda ad summam proportione dupla coeunte, confici Octavam consonantiam: cum, ut diximus, hypata sex, neta duodecim numero comparetur: paramesa sesquialtera proportione hypatae respondeat, eique novem congruere, mediae octo diximus. At enim intervalla musicae praecipua constare his rationibus certum est: Quarta sesquitertia, Quinta sesquialtera, Octava dupla proportione: interim etiam conservari rationem sesquioctavam, ut in toni ratione. Iam id quoque accidit, ut Harmoniae partes a partibus et medietates a medietatibus secundum excessum Arithmeticum et vim Geometricam superentur atque ipsae superent. Atque has proprietates sic declarat Aristoteles, ut neta triente sui maior quam mesa sit, et eadem proportione paramesa hypatam excedat: itaque relatio quaedam intervallorum sive discriminum confiat, cum termini aequalibus proportionibus superent mesam et para-

οχὰς τῶν πρός τι· τοῖς γὰρ αὐτοῖς μέρεσιν ὑπερέχουσι καὶ ὑπερέχονται. τοῖς γοῦν αὐτοῖς λόγοις οἱ ἄκροι τῆς μέσης καὶ παραμέσης ὑπερέχουσι καὶ ὑπερέχονται, ἐπιτρίτῳ καὶ ἡμιολίῳ. τοιαύτη δὴ ὑπεροχή ἐστιν ἡ ἁρμονική· ἡ δὲ τῆς νεάτης ὑπεροχὴ καὶ τῆς μέσης κατ' ἀριθμητικὸν λόγον ἴσῳ μέρει τὰς ὑπεροχὰς ἐμφαίνουσιν. ὡσαύτως καὶ F
ἡ παραμέση τῆς ὑπάτης· τῆς γὰρ μέσης ἡ παραμέση κατὰ τὸν ἐπόγδοον λόγον ὑπερέχει. πάλιν ἡ νεάτη τῆς ὑπάτης διπλασία ἐστίν, ἡ δὲ παραμέση τῆς ὑπάτης ἡμιόλιος· ἡ δὲ μέση ἐπίτριτος πρὸς ὑπάτην ἥρμοσται. καὶ τοῖς μὲν μέρεσι καὶ τοῖς πλήθεσι κατ' Ἀριστοτέλην ἡ ἁρμονία οὕτως ἔχουσα πέφυκε.

Cap. XXIV.

Συνέστηκε δὲ φυσικώτατα ἔκ τε τῆς ἀρτίας καὶ περισσῆς καὶ ἐκ τῆς ἀρτιοπερίσσου φύσεως καὶ αὐτὴ καὶ τὰ μέρη αὐτῆς πάντα· αὐτὴ μὲν γὰρ ὅλη ἀρτία ἐστὶ τετραμερὴς οὖσα τοῖς ὅροις· τὰ δὲ μέρη αὐτῆς καὶ οἱ λόγοι ἄρ- p. 1141
τιοι καὶ περισσοὶ καὶ ἀρτιοπέρισσοι· τὴν μὲν γὰρ νεάτην ἔχει ἀρτίαν ἐκ δώδεκα μονάδων, τὴν δὲ παραμέσην περισσὴν ἐξ ἐννέα μονάδων, τὴν δὲ μέσην ἀρτίαν ἐξ ὀκτὼ μονάδων, τὴν δὲ ὑπάτην ἀρτιοπέρισσον ἐξ μονάδων οὖσαν. οὕτω δὲ πεφυκυῖα αὐτή τε καὶ τὰ μέρη αὐτῆς πρὸς ἄλληλα

mesam, ab iisdemque superentur, utrobique sesquialtera et sesquitertia proportionibus rem gerentibus. Atque haec est, quam Harmonicam vocant auctionem, id est Progressionem. Neta autem a mesa, et paramesa ab hypata, arithmeticis intervallorum discriminibus aequaliter distant: nam paramesa mesam sesquioctava ratione excedit: rursum neta ad hypatam dupla est: paramesa hypatam semel eiusque semissem valet, et mesa ad hypatam est sesquitertia. His ergo partibus et numeris harmonia ex Aristotelis sententia componitur.

Cap. XXIV. Constat eadem proprie secundum naturam ex paris et imparis atque pariter imparis natura, cum ipsa harmonia, tum eius partes omnes. Ipsa enim tota par est, cum constet quattuor terminis: partes ipsius et proportiones pares et impares pariterque impares. Neta enim par est, quia duodecim numero constat, paramesa impar, quia novem, mesa par, quia octo, hypata pariterimpar, quia sex. His ergo

vocasset, quo nomine Ammonium praeceptorem ornare solet. Ceterum propter Sotérichum Alexandrinum unum ex Onesicratis convivis, censeo eundem hunc esse Onesicratem, qui Quaestt. Conviv. V, 5 commemoratur, doctum medicum Alexandriae, in cuius conviviis doctae quaestiones solvebantur. Plutarchus cum cum Lampria avo adiit admodum iuvenis. Iam vero quid inde, quod Onesicratès in hoc dialogo inter vivos recenseatur, de aetate colligendum sit, qua compositus sit dialogus, in praefatione dixi et in ephemeride Germanica, cui nomen est Paedag. Revue XLII, 1856, p. 198.

ἀξία σπουδῆς] Dicendum erat *μᾶλλον ἀξία* sive *ἀξιωτέρα*. positivus usurpatus est pro comparativo, de quo docta est Bernhardyi nota in Syntaxi p. 437, evocantis Dorv. ad Char. p. 528. Wyttenb. in Plut. T. VI p. 950.

Cap. II.

παρακεκλήκει] Augmentum syllabicum in plusquamperfectis saepe apud recentiores scriptores omitti notum est. saepius hoc factum est in plusquamperfectis passivi quam activi, in verbis compositis quam simplicibus. *συμβεβήκει* fere unice in usu est. Habet tamen *συνεβεβήκει* Ioseph. Antt. VIII, 13, 4 p. 220, 10 Bekk. *βεβρώκεις* dixit Lucian. Gall. c. 4; *μεμαθήκει* Achill. Tat. II, 14; *δεδαπανήκει* id. III, 16; *πεπορθήκει* Dio Chrys. XI, 56; *τεθνήκεσαν* XI, 71; *γεγόνεσαν* XIII, 26; interdum fluctuant codices, velut in *πεπόμφει* apud eundem XIII, 8; *πεφύκει* XXX, 5. Apud Iosephum inveni *μεμαθήκεις*, *δεδηλώκειν*, *γεγόνεισαν*, *λελωφήκει*. Etiam Strabo et Arrianus multa huius generis exhibent exempla. De scriptoribus Atticis cf. Matthiae Gramm. Gr. § 165, de scriptura sacra Winer. gramm. N. T. § 9. Paullo infra dixit Plutarchus *συντετέλεστο*, et *γεγένητο* in c. V. Omissum est augmentum in his formis ad vitandum pravum sonum ortum ex iterato ε.

σύνταξις] Significat hoc vocabulum apud recentiores scriptores mercedem, stipendium, quod nos dicimus jahrgeld, Gallice pension, sportulam Romanorum. Cf. Schaefer. in Dionys. C. V. p. 365, Iacobs. Ann. ad Anth. II, 3 p. 223 post Lennép. Phal. p. 306 sq. Sic Plutarchus in vita Alexandri c. 21 de Darii uxoribus *συντάξεις δὲ καὶ μείζονας ἐκαρποῦντο τῶν προτέρων*. v. Lucull. c. 2: *δαπάνην δὲ καὶ σύνταξιν οὐχ ὅσην ἐδίδου τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ τετραπλῆν ἐκείνῳ παρεῖχεν*. Cf. Luc. Eun. c. 3: *συντέτακται ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις*. Apud Iulian. Misop. p. 367 A *δημόσιαι συντάξεις* sunt donativa, quae imperatores quotannis ex singulis urbibus acceperunt.

ὁρίζονται τὴν φωνήν] *Φωνή* est caussa et principium eius quod audiend opercipitur, et definitur a Plutarcho de fort. p. 98 B *δύναμις ἀντιληπτικὴ πληγῆς ἀέρος δι᾽ ὠτὸς καὶ ἐγκεφάλου προσφερομένης*. brevius Plat. Quaestt. VII, 9 *πληγὴ τοῦ αἰσθανομένου δι᾽ ὤτων ὑπ᾽ ἀέρος*. praeeunte ipso Platone Tim. p. 541 H: *ὅλως μὲν οὖν φωνὴν θῶμεν τὴν δι᾽ ὤτων ὑπ᾽ ἀέρος ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδιδομένην. τὴν δὲ ὑπ᾽ αὐτῆς κίνησιν, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μὲν ἀρχομένην, τελευτῶσαν δὲ περὶ τὴν τοῦ ἥπατος ἕδραν, ἀκοήν*. Cf. Alcin. Isag. 19: *ἡ δὲ φωνή ἐστιν ἡ δι᾽ ὤτων ἐρχομένη ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος, διαδιδομένη δὲ μέχρι ψυχῆς πληγή. ὀξεῖα μὲν ἡ ταχέως κινουμένη, βαρεῖα δὲ ἡ βραδέως· καὶ μεγάλη μὲν ἡ πολλή, μικρὰ δὲ ἡ ὀλίγη*. Plut. de placc. IV, 16. Stob. ecl. phys. p. 153, quos locos Wyttenbachii debeo sedulitati Animadv. p. 671. Etiam Romani scriptores vocem interpretantur ictum sive percussionem aëris, eamque accipiunt de sono quocumque. Senec. Quaestt. Nat. II, 6: 'quid est vox nisi intentio aëris, ut audiatur, linguae formata percussu?' et II, 29: 'vox nihil aliud quam ictus aër.' Item Vitruv. V, 3: 'vox est spiritus fluens et aëris ictu sensibilis auditui. ea movetur circulorum rotundationibus infinitis, uti, si in stantem aquam lapide immisso, nascantur innumerabiles undarum circuli crescentes a centro'. V. Intpp. Cic. Orat. § 149. Grammaticos, quorum propria haec dicitur definitio a Plutarcho, Stoicos esse censeo, hos enim hanc tractavisse materiam Diogenis Babylonii *τέχνη περὶ φωνῆς* evincit. Ipsam vero de voce et aeris percussione doctrinam alienam esse ab Harmonica tractatione disertis verbis Aristoxenus tradidit Harm. II p. 44, quippe quae vocis tantummodo modulationes spectaret, ib. I, 3. Contra a vocis contemplatione tamquam a fundamento in exponenda *dialectica* profectus est Xenocrates, Porphyr. in Ptolem. Mus. p. 193. Aristotelis tractatum *περὶ φωνῆς* commemorat Anonymus Menagii. Ceterum interest aliquid inter *φωνή*, *ψόφος* et *φθόγγος*· nam *ψόφος* secundum Ptolem. Harm. I, 1 est *πάθος ἀέρος πλησσομένου* atque *φθόγγος* est *ψόφος ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπέχων τόνον*.

περὶ γραμματικῆς] Grammaticam qui definierit artem vocem litteris exprimendi ac memoria tamquam in penu recondendi, praeter Plutarchum neminem habeo, quamquam similia passim extant apud grammaticos. Sic Theodos. p. 56, 3 Gtlg: *τέχνη ἐστὶν ἡ γραμματικὴ θεωρητικὴ καὶ λογικὴ διδάσκουσα ἡμᾶς τὸ εὖ λέγειν καὶ τὸ εὖ γράφειν*. Bekk. Anecd. p. 658: *καὶ ἔστιν αὕτη τέχνη περὶ τοῦ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν τὴν ἔγγραφον φωνήν*. cf. p. 667. 729. Plat. Crat. p. 431 E. Soph. p. 253 A. Ceterum intellegitur *ἡ μικρὰ γραμματική*. nam *ἡ μεγάλη γραμματική* ea est, quam philologiam dicimus.

ὅτι μουσική] Artiorem aliquam intercedere necessitudinem inter grammaticam, musicam et philosophiam etiam Asclepiades docet apud Sext. Empir. adv. gramm. I, 3 p. 232. Musicam cum sapientia et philosophia saepe coniungunt veteres. Quintil. Inst. I, 10, 9: 'quis ignorat musicen tantum venerationis habuisse, ut iidem musici et vates et sapientes iudicarentur, mittam alios,

Orpheus et Linus' — quam sententiam suis finibus circumscripsit Lobeck. Aglaoph. p. 270. n. Neque minus grammaticam cum musica. Quintil. I, 10, 17: 'transeamus igitur id quoque, quod grammatice quondam et musice iunctae fuerunt, siquidem Archytas atque Aristoxenus etiam subiectam grammaticen musicae putaverunt et eosdem utriusque rei praeceptores fuisse cum Sophron ostendit — tum Eupolis, apud quem Prodamus et musicen et litteras docet sqq.' Adde Bekk. Anecd. p. 1168: ὅτι δὲ ποιητικοῦ τινος ἀνδρὸς καὶ μουσικοῦ ἡ τῶν στοιχείων εὕρεσις ἦν, σημεῖον τὸ πάλαι τοὺς αὐτοὺς εἶναι διδασκάλους καὶ μουσικῆς καὶ γραμματικῆς. collatis quae Bergkius de his locis disputavit Comment. de rell. com. Att. p. 332.

προηγούμενον ἀνθρώπου.] *Primarium est hominum officium*: locutio petita ex dialecticorum sive logicorum doctrina, qui προηγούμενον propositionem maiorem vocant; inde translatum ad primarium, praecipuum quodcumque. V. Wyttenb. Animadv. p. 779. Adverbium προηγουμένως, cuius apud Sextum Empiricum frequentissimus est usus, infra redit c. 26.

ὦ μουσικῆς θιασῶται] Sic Themist. p. 33 c: οἱ νέοι Πλάτωνος θιασῶται. De Epicuri θιασώταις v. Bake ad Cleomed. p. 443.

Cap. III.

τῶν τε γὰρ Πλατωνικῶν] Quamquam hoc in loco, ubi mirum est nullam Pythagoreorum fieri mentionem, distinctis verbis traditur, plurimos Platonicos philosophos tractationi veteris musicae operam dedisse, tamen vix unus alterve invenitur, qui musicus perhibeatur, vel cuius scripta musica nominentur. Itaque cum Dionysium Halicarnassensem minorem Platonicis vix adnumerare possimus, huc tantummodo pertinent *Thrasyllus* Tiberii imperatoris amicus, qui de Musica et Harmonica scripsit et a Theone et Porphyrio in Ptolemaeum laudatur. Cf. Bulliald. ad Theon. p. 248, Gelder prolegg. Theon. Arithm. p. II. Praeterea *Theo Smyrnaeus* ipse, qui Platonicus audit, circa Hadriani tempora, paullo maior Ptolemaeo, a quo laudatur. Eundem esse putant viri docti interlocutorem in Plutarchi libello περὶ τοῦ Ε. v. Gelder l. l. p. IV sq. Supersunt eius commentarii τῶν κατὰ μαθηματικὴν χρησίμων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν (ed. Ism. Bulliald. Par. 1644 Q.), in quorum secundo libro docta quaedam et haud spernenda de musica vetere traduntur.

τῶν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου] Praeeunte Aristotele, quem περὶ μουσικῆς scripsisse tradunt Diog. Laert. V, 26 et Anon. Menagii, plurimi ex Peripateticis philosophis historiae poesis et musicae studuerunt. Itaque multorum scripta excitantur περὶ ποιητῶν in quibus etiam de citharoedis et tibicinibus sermo fiebat: minus enim ac post magni *Aristoxeni* exemplum aliquis expectaverit, ipsa harmonica tractatio, sive theoria musica eos exercuisse videtur. Agmen ducit *Theophrastus*, quem Diog. Laert.

V, 46 sqq. tradit ἁρμονικά scripsisse, περὶ μουσικῶν nec non περὶ μουσικῆς libros tres, quorum mentionem faciunt Plut. Quaestt. Conviv. I, 5, Porphyr. in Ptol. Harm. p. 241, Censorin. c. 12. Syrian. in Metaph. XIII, Marc. Cap. X. Eiusdem libro περὶ κωμῳδίας scripto, in quo etiam de musicis quaedam tradebantur, usus est Athenaeus. Etiam *Chamaeleon Heracleensis* περὶ κωμῳδίας scripsit, idemque περὶ ποιητῶν opinor, cuius libri singulae partes περὶ Αἰσχύλου, περὶ Ἀνακρέοντος, περὶ Λάσου citantur ab Athenaeo. *Heraclides Ponticus*, cuius Συναγωγὴ τῶν ἐν μουσικῇ scil. εὐδοκίμων in hoc ipso Plutarchi dialogo commemoratur, περὶ ποιητικῆς καὶ τῶν ποιητῶν et περὶ μουσικῆς scripsit libros duos, teste Diogene, Athenaeus enim X p. 455 C tertium π. μ. laudavit, et aliis tribus libris de musicae conditione commentatus est, qualis Euripidis fuerit aetate et Sophoclis, μουσικὰ τῶν (?) περὶ Εὐριπίδη καὶ Σοφοκλεῖ. Diog. Laert. V, 87. Eiusdem μουσικὴ εἰσαγωγή nominatur a Porphyr. ad Ptol. Harm. p. 213. *Phaenias Eresius* librum scripsit περὶ ποιητῶν cuius de Terpandro quaedam et Stratonico fragmenta servavit Athenaeus. *Dicaearchus Messenius* multa ad historiam litterariam et musicam pertinentia in βίῳ Ἑλλάδος attigit, v. arg. Eur. Med., Ath. XIV p. 636 C. Cuius cum unicus feratur liber apud Suidam, verisimile est partes tantummodo huius libri, non vero singulares libros intelligendos esse, ubi Dicaearchi περὶ μουσικῶν ἀγώνων sive περὶ μουσικῆς, velut in scholiis Aristophaneis aliquotiens, et argumenta fabularum Sophoclis et Euripides apud Sext. Emp. adv. Geom. p. 310 nec non de Alcaeo commentarius laudatur; v. Naekium in Mus. Rhen. I p. 40 sqq. Meinek. hist. crit. comm. p. 8. *Hieronymi Cardiani* commentarios de poetis, quorum in quinto libro citharoedi recensebantur, novimus ex Ath. XIV p. 635 F et Zenob. II, 55. Etiam *Hermippum Smyrnaeum* de poetis scripsisse probabile est, cuius de Hipponacte liber laudatur ab Athenaeo. Agmen claudat *Adrastus Aphrodisiensis*, philosophus Peripateticus ineunte saeculo altero post Christum, cuius librum περὶ ἁρμονικῶν commemoratum a Theone c. 6 13. all. etiamnunc superstitem in Italiae bibliothecis asservari tenet fama.

παραφθορά] παραφθορά et παραφθείρειν vocabula recentiorum sunt scriptorum, v. Iacobs. in Philostr. Imm. p. 426, vocabula artis apud grammaticos (λέξις παραφθορική) de quibus Schmidtium adeas in Didym. fr. p. 15 sqq.

Ἀμφίονα] Recte Heraclides musicae artis primordia e Thracia derivavit, unde aliarum quoque artium initia una cum sacris Musarum festis ad reliquos Graecos pervenerant. Eadem Strabo X p. 722 annuit, quo quidem in loco omnem musicam Thraciae et Asiaticae h. e. Phrygiae originis esse contendit. Cf. Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 198—201. Haec igitur certa sunt: ulterius autem progredi non licet: nam quae annorum computationes aut vatum feruntur nomina, vana sunt omnia et nullius fidei, cum de illis non inter se conveniant scriptorum

testimonia, his autem symbolicam tantum, quam dicunt, vim et naturam subesse constet inter viros doctos. Velut *Amphionis* Iovis et Antiopae filii, cuius fabulosam adolescentiam rettulit Apollod. III, 5, 5. Graeci eum lyrae omninoque veteris musicae inventorem perhibebant, v. Suid. s. v. Una cum Zetho fratre Thebas ad arcendos Phlegyorum impetus moeniis circumdedit, quorum lapides ad sonum lyrae sua sponte convenerunt, v. Apollod. l. l. Schol. Apoll. Rhod. I, 735 sqq. Schol. Od. λ 262. Ceterum Zethus prorsus *ἄμουσος* erat, et fratrem, quem futilia tractare censebat, acerbe castigavit, v. Dio Chrys. or. LXXIII, 10. Quo loco neque illud praetereundum, quod Homero quae fuerint Zethi et Amphionis partes in condendis Thebarum muris bene innotuit, nihil tamen de musica Amphionis laude. Iam vero si Amphion lyram non invenisse sed a deo quodam accepisse dicitur, hoc accipiendum est de coniunctione Amphionis eiusque musicae Thraciae antiquissimae *cum certis quibusdam deorum sacris*. Verba quae apud Plutarchum sequuntur *τοῦ πατρὸς δηλονότι διδάξαντος αὐτόν* mihi suspecta sunt. Nam lyram Amphionis aut Mercurii aut secundum Armenidam in primo libro Thebaicorum et Pherecydem Musarum donum fuisse fama erat. Tacent scriptores de Iove, tacent de Apolline. Id quod ita intellego, ut musicae primordia antiquissimis temporibus delitescere censeam, *antequam Apollinis sacra ad Thraces pervenerint.* Sane Dioscorides lyram ab Apolline donatam esse voluit, quod tamen parum convenit cum reliquis fabulis, quae Amphionem ab Apolline occisum esse tradunt, iniurias quibus uxor eius Niobe Latonam affecerat ulciscente, etiamsi hoc quoque alii aliter referunt, v. Heynii nott. in Apollod. p. 595. Praeterea eo quoque valet Amphionis fabula, ut Thraciam originem Thebanae musicae inde colligamus.

ἐκ τῆς ἀναγραφῆς τῆς ἐν Σικυῶνι] *Ἀναγραφαί* sunt aut Fasti sacri, libri pontificii (quos vocamus eine tempelchronik), in quibus scriptum erat quidquid circa festos, sacerdotes et sacra deorum notatu dignum priscis temporibus evenerat, aut urbium annales (eine stadtchronik), unde hortulos suos irrigarunt logographi, rerum scriptores, postea periegetae. Cf. Dionys. Halic. iud. de Thuc. c. 5: *ὅσαι διεσῴζοντο παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις μνῆμαι κατὰ ἔθνη τε καὶ κατὰ πόλεις, εἴτ' ἐν ἱεροῖς εἴτ' ἐν βεβήλοις ἀποκείμεναι γραφαί.* Prae ceteris nominantur fasti Argivi sacerdotum Iunonis et Fasti Spartani Carneorum. De fastis Pythiorum Sicyonensibus quae hic et in capite octavo laudantur cf. Krause Pyth. p. 76, O. Mueller. Dorr. I p. 130. Plerumque tamen hi fasti recentiore aevo compositi antiquitatem falso arrogaverunt, ut dubiam fidem mereantur ea, quae inde desumta sunt. De quo notabilis locus est Iosephi contra Apion. I, 4: *τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς μὴ σπουδασθῆναι παρὰ τοῖς Ἕλλησι δημοσίας γενέσθαι περὶ τῶν ἑκάστοτε πραττομένων ἀναγραφάς, τοῦτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ψεύδεσθαι τοῖς μετὰ ταῦτα βουληθεῖσι περὶ τῶν παλαιῶν*

τι γράφειν παρέσχεν. οὐ γὰρ μόνον παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἠμελήθη τὰ περὶ τῆς ἀναγραφῆς, ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οὓς αὐτόχθονας εἶναι λέγουσι καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκεται γενόμενον, ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτάτους εἶναί φασι τοὺς ὑπὸ Δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶν φονικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγῳ πρότερον τῆς Πεισιστράτου τυραννίδος ἀνθρώπου γεγονότος. περὶ μὲν γὰρ Ἀρκάδων τί δεῖ λέγειν αὐχούντων ἀρχαιότητα; μόλις γὰρ οὗτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμμασιν ἐπαιδεύθησαν. cf. ibid. c. 2. Omnino industrii erant et male seduli sacrorum antistites in fingendis et ementiendis antiquitatibus. De figmentis Delphicorum notum est. E contrario Pausan. I, 38, 7: *Ἐλευσίνιοι ἀρχαῖοι, ἅτε οὐ προσόντων σφίσι γενεαλόγων, ἄλλα τε πλάσασθαι δεδώκασι καὶ μάλιστα ἐς τὰ γένη τῶν ἡρώων.* Etiam oracula scripta erant in fastis. Plut. adv. Colot. 17 p. 1116 F: *Λακεδαιμόνιοι τὸν περὶ Λυκούργου χρησμὸν ἐν ταῖς παλαιοτάταις ἀναγραφαῖς ἔχοντες.* Denique notandum est discrimen inter *ἀναγραφήν* et *ἐπιγραφήν* sive *ἐπίγραμμα* inscriptionem donarii cuiusdam in templo servati. Hae quoque interdum a rerum scriptoribus allegatae sunt.

Λίνον τὸν ἐξ Εὐβοίας] Quae modo de Amphione dixi, eadem valent de aequalibus eius qui feruntur, Lino, Anthe, Piero, priscis vatibus, quorum in umbrosis Heliconis vallibus prope Thespias canoras multos vixisse credibile est, v. Bernhardy l. l. p. 204. De *Anthe* nihil inveni apud Graecos scriptores, saltem nihil de musicis eius laudibus, cf. Plut. Quaestt. Gr. 19. Recentiorem quendam vatem Steph. Byz. v. *Ἀνθάνα* ex Philostephano commemoravit. De *Lino* duplex erat fabula: secundum alteram antiquiorem apud Pausan. IX, 29, 3 quocum consentit Hesiod. ap. Eustath. p. 1163, Uraniae filius et Amphimari ferebatur et obiit in certamine musico ab Apolline victus; secundum recentiorem eamque Thebanam apud Pausan. l. l. et Apollod. II, 4, 9 Calliopae filius erat et Ismeniae, quin etiam Apollinis adeoque maior Orphei frater, qui ubi Thebas pervenit Herculem artem docuit citharam pulsandi et canendi ab eoque magistri severitatem aegre ferente plectro vel cithara occisus est: quorum extrema comicorum sapiunt facetias, ambigue inter *πλῆκτρον* et *πλήσσω* ludentium: saepius enim comicos hanc ipsam de Lino fabulam tractavisse constat. Iam si priora tenemus, Linus antiquus vates *novis Apollinis sacris* per Thraciam evulgandis *se opposuisse* videtur: itaque recte Heraclides Amphionis aetati eum supparem fuisse dixit, quem modo vidimus ab Apollinis sacris alienum fuisse. Neque aliter de *Piero* res est, quem novem Musarum cultum ex Thracia Thespias detulisse Paus. l. l. coll. Plut. Quaestt. Conv. IX, 14, 3 tradit, contra Apoll. I, 3, 3 cum Musis certamen iniisse ab iisque victum et obcaecatum fuisse ex aliis scriptoribus refert; nam si huius fabulae originem ad eam aetatem referimus, qua Musae Apollinis sociae et comites colebantur, etiam Pierus locum obtinebit inter sacro-

rum Apollinis adversarios. cui sententiae ne illud quidem obstat quod apud Ovid. Metam. V, 300 et Anton. Lib. 9 sive mavis Nicandrum in Heteroeumenis certamen inter Musas et Pieri filias locum habuit, siquidem statuimus artem musicam in Pieri gente per hereditatem quandam traditam fuisse, quamquam haec premere nolo: ceterum rem prorsus perverterunt, qui inter Musas et Pieri filias nihil interesse statuerunt, de quibus Rinckius dixit die relig. der Hell. I p. 292.

Φιλάμμωνα τὸν Δελφόν] Inter Philammonem, quem Heraclides non sine caussa post Amphionem demum nominavit, et reliquos Thraciae musicae principes modo laudatos, vel illud interest quod in omnibus fabulis *eius memoria ad cultum Apollinis Delphici refertur.* Quo loco illud tantum miror, quod Heraclides nullam neque *Orphei* cum sociis velut Hymenaeo, de quo plura collegit Vater. in Eurip. Rhes. p. 308 sqq., Periclymeno Perimede aliisque, de quibus Lobeckius dixit in Aglaoph. p. 328 sq., neque *Olenis* fecit mentionem. Orpheus enim et princeps est et velut antesignanus musicorum Apollini sacrorum, v. Ulricium hist. poes. lyr. p. 47, atque Olen, siquidem fabularum nubes illustrare licet, is est, quo praeeunte gentes Thraco-pelasgae antiquissimis temporibus sacra Graecorum Apollinaria, qualia Delphis et Deli celebrabantur, amplexae sunt, v. Klausen in Encyclop. Halensi s. v. Ipse Philammon, cuius nomen referendum esse ad eam aetatem, qua iam aliqua fama oraculi Ammonis in Graeciam pervenerit, monuit Bernhardy hist. litt. Gr. I p. 297 (vide tamen E. Hoffmann Homeros und die Homeriden-Sage von Chios p. 51. 52), Apollinis filius perhibetur et pulcrae Philonidis nymphae, quae circum Parnassum montem habitabat, v. Conon. Narr. c. 7, Schol. Od. τ 432. Qui cum Argivorum auxilio Delphos a rapinis et vexatione Phlegyorum defenderet, occisus est, v. Paus. IX, 36, 2. Post Chrysothemidem Cretensem Philammon antiquissimus erat vates, qui canendo in Pythico certamine victoriam reportavit, Paus. X, 7, 2, quapropter a quibusdam primus nomorum ad citharam inventor habitus est, de quo Plutarchus ipse infra rettulit c. V. Idem virginum choros primus duxisse dicitur in Scholl. Od. l. l. Recentiores scriptores per errorem τελετὴν Lernaeam ad eum referebant, de quo Pausanias dixit II, 37, 2. Sine dubio tot inventa in clarissimum Philammonis nomen congesta sunt, ut multi scriptores inter complures eiusdem nominis viros distinguendum esse censerent. Itaque recte ὁ ἀρχαῖος, ὁ Δελφός nominatur is de quo sermo fit et infra a Plutarcho et hic, quo in loco consentiens librorum scriptura a quibusdam editoribus iam a Buretto vituperatis in ἀδελφὸν mutari non debebat.

Λητοῦς τε καὶ Ἀρτέμιδος] 'Amyot dans sa version omet Latone, soit par oubli, soit que ce nom manquât dans l'exemplaire Grec du traducteur, comme il manquoit apparemment dans celui du Gyraldi (Hist. Poett. T. II c. 65 D ed. LB.) qui fait la même omission, en alléguant ce passage de Plutarque.' Burette T. XIV p. 314.

Θάμυριν δὲ τὸ γένος Θρᾷκα] *Thamyrin* sive *Thamyram* (Suid. s. v. Formam *Tamyras* novit auctor certam. Hom. et Hes. p. 242, 2 sive 314, 3 ed. Gottlg. De nominis significatione v. E. Hoffmann Homeros p. 53 sqq.), quem veteres fere semper una cum Orpheo commemorant, v. Boisson. Anecd. T. IV. p. 446, communi consensu Philammonis filium tradunt eundemque Thracem Hedoniensem fuisse vel Odrysum, quia Argiope mater vel Arsinoe, quam Suidas nominat, eum apud Odrysos enixa fuerat, v. Pausan. IV, 33, 4. Hunc quoque Pausanias ad cultum Apollinis pertinere auctor est, quippe quem referat inter victores certaminis Pythici post Philammonem patrem. Neque multum repugnat, si Plutarchus eum Titanomachiam composuisse refert, quo accedit ad eos vates, quorum agmen Hesiodus ducit, sacerdotes plerosque. Sic Suidas eum recenset inter heroici carminis auctores Homerum aetate antecedentes, ab eoque theologiam tribus libris compositam fuisse tradit. Contra vulgaris fabula, qualem post Homerum Il. B 595 sqq. multi poetae postremo Sophocles sine magna varietate narraverunt, cf. Heyn. in Apollod. 1, 3, 3, Leutsch. in Zenob. IV, 27, in longe diversas abiit partes, cum Thamyrin a sacris Apollinis segregaverit, eumque primo loco inter eos vates proponat, qui in aulis principum versabantur, quos graeco nomine viri docti hodie Aoedos vocant. Dicitur autem redux ab itinere ad Eurytum Oechaliae regem facto apud Dorionem Musis obviam venisse, ab iisque, quas certamine instituto se canendi peritia facile superaturum esse gloriatus erat, et oculorum acie et arte citharam pulsandi privatus esse. Secundum hanc fabulam Thamyrin luminibus orbum et fracta lyra statua repraesentavit in Helicone posita, v. Paus. IX, 30, 2, nec non Polygnoti tabula in lescha Delphica, Paus. X, 30, 4. Itaque haud levidense Thamyridis momentum fuisse videtur in constituendo vel immutando Musarum cultu, quamquam quid singula sibi velint, quae de eo tradantur, iam rimari non possumus: illud tamen certum est haec in vatem Apollinis aegre quadrare. Quae cum ita sint, facio cum Prellero, qui in Mythol. Graec. II p. 342 totam fabulam ita interpretatus est, ut Thamyridis aetate canendi artem altiores spiritus sumsisse et vates sui iuris factos esse dixerit, ut vel sine Musis vel invitis Musis artem illam exercuissent. Luminis caecitas, quam praeterquam in Thamyri etiam in Demodoco, in caeco vate Chio, v. Hom. hymn. Apoll. v. 172, denique in ipso Homero deprehendimus, quid sibi velit, haud ignotum est. Illud autem, cuius prima initia cernuntur in Thamyri, iam Demodoci et Phemii aetate in consuetudinem abierat, ut aoedi liberi ac soluti a certorum sacrorum ministerio musicam exercerent: Demodocus autem et Phemius quin re vera aliquando vixerint Homero aut affines aut amici, quam ob rem

ipse in carminibus eorum mentionem fecisset, neminem inter veteres dubitasse notum est. Ceterum de Thamyride consulendus est Boisson. in Eur. Rhes. 913, Heyler. in Iul. ep. 41. Unde Tzetzes sua hauserit in Schol. apud Matranga Anecd. Rom. p. 599: *ὁ Θάμυρις δὲ παλαιὸς ἦν ἰσόχρονος Κάδμου. πάππος Ὀρφέως. Ὀρφεὺς δὲ Μενίππου υἱὸς ἦν τῆς Θαμυρίδος θυγατρός, κἂν ἀλληγορικῶς τῆς Καλλιόπης υἱὸς λέγεται.* nescio. Denique Plinius H. N. VII, 57: 'cithara sine voce cecinit Thamyris primus, cum cantu Amphion, ut alii Linus: citharoedica carmina composuit Terpander' — Thamyridi *psilocitharisticae* artis inventionem tribuit. Falso. Hanc enim invenit *Aristonicus* Argivus, qui Corcyrae habitavit, Archilochi aequalis. Excoluit eam *Lysander* Sicyonius, longioribus chordis adhibitis, quibus instrumenti sonus augeretur, et variatis psilocitharisticae modis, v. Athen. XIV p. 637 F. Polychordiam in psilocitharisticam primus induxit Stratonicus, v. Phan. apud Athen. VIII p. 352 C.

Ἰλίου πόρθησιν] Vocabulum *πόρθησις* quod ab Hesychio et aliis Lexicographis explicatur *καθαίρεσις, ἁρπαγή*, recentiorum est pro antiquiore et poetico *πέρσις*. Extat apud Hermog., schol. Soph. Philoct. 1376, Diod. XVI, 31, Aristid. I p. 252, Plut. v. Tit. c. 8, quos locos Stephani thesaurus Parisinus suppeditat, praeterea Himer. or. II, 19, Ioh. Lyd. de magistr. III, 61.

τούτοις μέλη περιτιθέσαν] Plutarchi verba breviavit Clem. Alex. Strom. I p. 308. Difficillimum locum primum Meibom. in Aristox. p. 76 vertendo ita expressit: 'nec solutam esse praedictorum Musicorum adhibitam in poematis dictionem et metro carentem; sed cuiusmodi fuit Stesichori veterumque melopoeorum, qui factis a se versibus cantus adponebant. Etenim Terpandrum dicit Heraclides poetam nomorum qui ad citharam canuntur, singulis nomis tum carminibus suis ac Homeri cantica circumponentem cecinisse in certaminibus.' Secutus est Burettus qui ita vertit: Terpandre notoit la Musique sur les vers de chacun de ses Nomes, de même que sur les vers d'Homere. Terpandrum autem eam ob caussam carminibus notas musicas addidisse censet, ut in ludis publicis ea aut ipse recitaret, aut aliis recitanda traderet, cf. Forkel. Hist. Mus. I p. 292. Neque aliter Boeckhius, si quidem a Plutarchi et Clementis locis profectus, nec non a Marm. Par. ep. 35: *ἀφ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Δερδένεος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τοὺς παλαιῶν καινοῦσθαι αὐλητὰς ἐθέλησε καὶ τὴν ἔμπροσθεν μουσικὴν μετέστησε.* de Metr. Pind. p. 244: 'ac primus quidem' inquit 'Terpander Lesbius certam et constantem melodiam nomis tam citharoedicis quam auloedicis descripsisse eosque ita designatos publici fecisse iuris traditur a chronologis'. Haec autem interpretatio, cur mihi parum placeret, in Ephemeride Germanica exposui supra laudata p. 204 sqq. Primum enim obstat accurata verborum interpretatio, nam *μέλος ποιήματι περιτιθέναι* neque est cantum describere notarum musicarum auxilio, absque notis musicis autem

hoc omnino fieri non potest, quod est *παρασημαίνεσθαι*, neque cantilenam carminis componere, quod est *μελοποιεῖν*. Deinde nemo veterum tradidit Terpandrum notas musicas invenisse, quod cum Boeckhius nisi fallor ex hoc tantum loco collegisset, non debebat ab aliis viris doctis veluti Hoeckio Creta T. III p. 370 pro certo contendi refragante insuper Bernhardyo Hist. litt. Gr. I p. 298. Etenim ne ii quidem verum viderunt, qui Pythagoram notas invenisse putaverunt. Sane apud Arist. Quint. p. 28, in loco maxime turbato, litterarum expositionibus in XV modis secundum tria genera Pythagorae nomen praemittitur, sed hoc aut interpolatori tribuam, aut neglegentiae scriptoris. Nam cum in diagrammate veterum litterae eo ordine sonos musicos repraesentaverint, qui est novissimus Atticorum, non potest diagramma a Pythagora inventum esse. Accedit quod is qui diagrammatis auctor fuit litteras secundum enharmonium genus exposuit, quod Pythagoram secundum diatonum genus facturum fuisse verisimile est, de quo Fortlagius dixit in Syst. mus. Graec. p. 96 n. 1. Diagramma autem voco sonorum expositionem per litteras sive notas descriptam a gravibus ad acutos procedentem vel invicem, quod nos dicimus die darstellung einer scala durch noten, auctore Bacch. Sen. p. 15: *διάγραμμά ἐστι σχῆμα ἐπίπεδον, εἰς ὃ πᾶν γένος μελῳδεῖται. διαγράμματι δὲ χρώμεθα, ἵνα τὰ τῇ ἀκοῇ δύσληπτα πρὸ ὀφθαλμῶν τοῖς μανθάνουσι φαίνηται.* Adde Schol. Aristid. p. 278 Fr. *ἐν τοῖς διαγράμμασι*] *ἐν ταῖς καταγραφαῖς τῶν μουσικῶν σχημάτων.* Hoc autem diagramma Phanias Eresius apud Ath. VIII. p. 352 C. *Stratonicum* invenisse dicit notissimum illum et facetum musicum Alexandri Magni aequalem, qui primus ludum musicum aperuit, in quo etiam pueros harmonicam docebat. Itaque incidit notarum inventio in aetatem Aristotelis, quo tempore etiam accentuum signa et interpunctionis aut inventa aut in communem usum recepta fuisse scimus. Certe Aristoxenus diagrammatis usum noverat, et quid esset *παρασημαίνεσθαι τὰ μέλη* sciebat, tamen hanc expositionem a tractatione musica alienam esse censebat, v. Harm. El. I p. 2, II p. 39 all.

Ceterum *notarum usus*, siquidem huic rei etiam diutius insistere licet, apud veteres *didascalicus* erat, *non communis*. Nempe magistri, ut pueris canendi elementa traderent, usi sunt diagrammate. Contra toto coelo errabit, si quis censeat Sophoclis Euripidisve libros extitisse Athenis notis musicis insignitos, cuius rei ne minima quidem notitia ad nostram memoriam pervenit. Etenim quid de fragmento Pindarico Athanasii Kircheri statuendum sit, non opus est dicere: quod qui genuinum esse statuerit, de eo vereor, ne vetus proverbium valeat

ἐν γὰρ ἀμούσοις
καὶ κορυδὸς κύκνου φθέγγετ' ἀοιδότερος.

Neque puto magnam molestiam viris doctis paraturum esse codicem Hesiodeum notis musicis ornatum, quem nuper vafer iste

Simonides se e Graecia attulisse mentitus est. Vetus autem poeta vel musicus, qui carminis aliquam composuerat melodiam, ipse viva voce iustam canendi normam alios docere debebat, eamque docebat sine ullo notarum adiumento, id quod per totum orientem etiamnunc moris esse constat. Qui factum est ut genuinae melodiae paullo post auctorum obitum omnes interciderent. Itaque nemo erat, qui Antoninorum aetate ullum veteris tragoediae canticum ita canere posset, ac ipsi praeceperant χοροδιδάσκαλοι. Quod ne cui a me temere dictum videatur, proferam notabilem Dionis Chrysostomi locum, or. XIX, 4: τὸ μέντοι τῶν κιθαρῳδῶν τε καὶ νὴ Δία τῶν ὑποκριτῶν οὐ παρ' ὀλίγον μοι δοκεῖ διαφέρειν πρὸς ἡδονήν. ἥ τε γὰρ φωνὴ μείζων καὶ δηλονότι ἐπιμελεστέρα ἥ τε λέξις οὐκ αὐτοσχέδιος, ὥσπερ ἡ τῶν ῥητόρων ἐξ ὑπογύου τὰ πολλὰ πειρωμένων λέγειν, ἀλλὰ ποιητῶν ἐπιμελῶς καὶ κατὰ σχολὴν πεποιηκότων. καὶ τά γε πολλὰ αὐτῶν ἀρχαιά ἐστι καὶ πολὺ σοφωτέρων ἀνδρῶν ἢ τῶν νῦν· τὰ μὲν τῆς κωμῳδίας ἅπαντα· τῆς δὲ τραγῳδίας τὰ μὲν ἰσχυρὰ ὡς ἔοικε μένει· λέγω δὲ τὰ ἰαμβεῖα· καὶ τούτων μέρη διεξίασιν ἐν τοῖς θεάτροις· τὰ δὲ μαλακώτερα ἐξερρύηκε, τα περὶ τὰ μέλη· ὥσπερ οἶμαι τῶν ἀνθρώπων τῶν παλαιῶν ὅσα μέν ἐστι στερεὰ τοῦ σώματος, ὑπομένει τῷ χρόνῳ, τά τε ὀστὰ καὶ οἱ μύες, τἄλλα δὲ ἐλάττω γίγνεται. Accedit grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 752, 1: τὴν λυρικὴν ποίησιν δεῖ μετὰ μέλους ἀναγινώσκειν, εἰ καὶ μὴ παρελάβομεν μηδὲ ἀπομεμνήμεθα τὰ ἐκείνων μέλη. Quid quod Apollonius Alexandrinus in ordinandis Pindari carminibus τὰς δοκούσας τῶν ᾠδῶν Δώριον μέλος ἔχειν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνῆγε, καὶ Φρυγίας καὶ Λυδίας. Etym. M. v. εἰδογράφος. Nonne igitur dubius interdum haerebat de carminum melodia? Quod tamen si notis consignata erant, fieri non potuit.

Sed ut ad Plutarchi locum redeat oratio, unde flexa est, Boeckhii interpretationem imprimis eam ob caussam reiciendam esse censeo, quod sententiarum nexui parum apta est. Dicit enim Heraclides cavendum esse, ne quis censeat antiquissimos vates inde a Lino usque ad Phemium Ithacensem soluto sermone scripsisse sine metro, immo fuisse eorum dictionem sicut Terpandri, Stesichori aliorumque melicorum, nimirum versibus heroicis adstrictam: unde apertum est notarum mentionem ab hoc loco alienam esse. Itaque simplicissimum erit, opinor, haec verba ita reddere: ex suis et Homeri carminibus heroicis carmina melica fecit Terpander, quae in certaminibus publicis recitavit. De locutione cf. Plut. de audd. poett. p. 19, 41: τραγῳδίαν ὁ Αἰσχύλος ὅλην τῷ μύθῳ περιέθηκεν, ἐπιγράψας ψυχοστασίαν h. e. totam tragoediam ex hac fabula fecit Aeschylus, cui Psychostasiae nomen indidit. Homeri autem carmina vel eo ipso fiebant melica, si canebantur, quippe quae proprie non canerentur ad citharam, sed recitarentur a rhapsodis ἐπὶ ῥάβδῳ. Cui interpretationi si quis illud obiecerit, etiamsi Terpander, Stesichorus aliique argumenta heroica musice tractaverint sicut

carmina melica, inde tamen non eorum refutari errorem, qui priorum vatum dictionem prosariam fuisse censerent, fortasse haec verba etiam sic intellegenda erunt, ut dicamus Terpandrum et reliquos versus heroicos circumdedisse elementis melicis, veluti basi, anacrusi, clausula logaoedica, id quod in Stesichorum certe cadit, siquidem ex fragmentis de eius arte metrica indicium ferre licet.

ἀποφῆναι δὲ τοῦτον λέγει ὀνόματα] V. quae in initium capitis sequentis notata sunt.

Κλονᾶν] De Clona praeter Plutarchum hic et infra nemo veterum rettulit. De Polymnesto suo loco dicetur. Verba τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους recte Ulricius hist. poes. Gr. II p. 165 interpretatus est: 'er erhoehte das, was bisher mehr gesetz und regel der sitte war, zum kuenstlerischen system und princip, er stellte die einzelnen theile und den ganzen bau der Nomen zusammen'. Itaque secundum hunc locum statuendum est Clonam eum fuisse, qui primus artem tibiis canendi ex Asia minore ad Graecos in Europam transtulerit, v. Hoeck. Creta III p. 376.

Ceterum quid sit Nomus, inter veteres optime exposuit Suidas s. v.: νόμος ὁ κιθαρῳδικὸς τρόπος τῆς μελῳδίας, ἁρμονίαν ἔχων τακτὴν καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. ubi post κιθαρῳδικός fortasse exciderunt verba ἢ αὐλῳδικός. Parum concinne Scholl. Arist. Eqq. v. 9: νόμοι δὲ καλοῦνται οἱ εἰς θεοὺς ὕμνοι. Proxime ad Suidam accedit ipse Plutarchus infra c. VI: νόμοι γὰρ προσηγορεύθησαν, ἐπειδὴ οὐκ ἐξῆν παραβῆναι — καθ' ἕκαστον νενομισμένον εἶδος τῆς τάσεως. Nam prorsus futilia esse docuit Bernhardy Hist. litt. Gr. II, 1 p. 554, quae de nominis origine dicantur apud Aristot. Probl. XIX, 28: διὰ τί νόμοι καλοῦνται, οὓς ᾄδουσιν; ἢ ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα, ᾖδον τοὺς νόμους (leges dicit), ὅπερ ἐν Ἀγαθύρσαις ἔτι εἰώθασιν; καὶ τῶν ὑστέρων οὖν ᾠδῶν τὰς πρώτας τὸ αὐτὸ ἐκάλεσαν, ὅπερ τὰς πρώτας. Neque minus falsa sunt quae Photius e Proclo tradidit p. 523: ὁ μέντοι νόμος γράφεται μὲν εἰς Ἀπόλλωνα, ἔχει δὲ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ· νόμιμος (vel νόμιος) γὰρ ὁ Ἀπόλλων ἐπεκλήθη. Nam si hoc verum esset, quid de nomis αὐλῳδικοῖς statuendum, qui certe ab Apolline deo tibiarum usum aspernante nomen tulisse non potuerunt, cum probari minime possit a citharoedicis nomis nomen ad auloedicos postea tralatum esse? Itaque recte Bernhardyus l. l. de nomis dixit: sie sind, wie der name lautet, ein ausdruck dessen, was im sittlichen ungeschriebenen herkommen und bewusztsein normalen werth besasz. De poetica nomorum forma praeter summam eius simplicitatem duo tenenda sunt. Primum enim antistrophicam compositionem ab iis alienam fuisse certum est. V. Aristot. Probl. XIX, 15: διὰ τί οἱ μὲν νόμοι οὐκ ἐν ἀντιστρόφοις ἐποιοῦντο, αἱ δὲ ἄλλαι ᾠδαὶ αἱ χορικαί; cf. Boeckh de Metr. Pind. p. 201. Omninoque nomi a singulis tantum canebantur (ἀγωνιστῶν erant, non χορευτῶν), nunquam, nisi Timo-

thei demum aetate, a choro. Inde patet cur tria statuerint ve-
teres melopoeiae genera sive tropos, dithyrambicum, nomicum,
tragicum, Aristid. Quint. p. 30. Praeterea uni tantum metro
nomi adstricti erant usque ad Phrynidis aetatem, vel heroico,
ut citharoedici fere omnes, vel elegiaco vel trochaico, vel alii
cuilibet. At metrorum varietatem nunquam admiserunt. Simi-
liter unam tantum harmoniam exhibebant, Lydiam ut videtur
prae ceteris, id quod ex Procli verbis colligo ita constituendis:
οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἁρμονίαις οἰκείαις ἑκάτερος (nomus et di-
thyrambus) *χρῆται· ὁ μὲν γὰρ τῷ Φρυγίῳ καὶ Ὑποφρυγίῳ ἁρμό-*
ζεται, ὁ νόμος δὲ τῷ συστήματι τῶν κιθαρῳδῶν Λυδίῳ.
Postea vero, ubi poetis nomorum compositio in desuetudinem
abire coepit, nomi qui dicebantur nihil aliud erant quam sa-
crae cantilenae et melodiae iis similes, quas chorales vocamus,
quarum ad normam modo haec modo illa carmina canebantur,
aut quae assis tibiis vel fidibus proferebantur sine ullo vocis
concentu, quemadmodum a primis inde temporibus Pythicus no-
mus, ut videtur, et Cradias, v. Hoeck. Cret. III p. 382 n. At
non semper sacras et excelsas fuisse nomorum melodias, nomo
tibiali probatur, quem Graeci *ἱππόθορον* vocabant, de quo vi-
dendus est Plut. Coniug. Praec. c. 1, Quaestt. Conviv. VII, 5
p. 704 F, Clem. Alex. Paedag. II p. 164 A. Cf. Ael. H. A.
XII, 44 et Intpp. Hesych. s. v. Quae inter musicos Forkel.
hist. Mus. I p. 212 praeeunte Buretto et Marpurg. Introd. crit.
p. 19 de nomis disputaverunt, nullius sunt pretii. Vera falsis
more suo miscuit Ath. Kircherus in Musurg. I p. 535. Ceterum
in mentem venit locus ex frg. post Censor. c. IX (nuper tracta-
tus a L. Ulrichs in Mus. Rhen. N. XI p. 160, qui vocabula *an*
non deleri iussit): 'modulati protinus cantus nec tamen an non
putes antiquiores cantus esse numeris, sed rusticos et incondi-
tos, postque hos poetica valuit legitima, musica licentior magis-
que modulata' — ubi fortasse legendum est: nec tamen *ante*
...... *Nomos* putes rell.

καὶ τὰ προσόδια] Prosodia erant Hymnorum quaedam spe-
cies, cantilenae quibus tibiae succinebant, v. Procl. c. 9 quem
secuti sunt auctor Et. M. v. *ὕμνος* et *προσῳδία*. Orion p. 155.
Nominis originem explicavit Didymus in libro *περὶ λυρικῶν ποιη-*
τῶν, unde ea fluxerunt, quae Proclus refert l. l.; v. M. Schmidt.
de Did. p. 391: *ἐπειδὰν προσίασι τοῖς βωμοῖς ἢ ναοῖς καὶ ἐν τῷ*
προσιέναι ᾔδετο πρὸς αὐλόν· ὁ δὲ κυρίως ὕμνος πρὸς κιθάραν ᾔδετο
ἑστώτων. Cf. Bernhardy II, 1 p. 560, 564.

CAP. IV.

Ἀπόθετος. Ἔλεγος] Vulgo *Ἔλεγοι*. Elegorum nomen, quod
perperam ad recentiora tantum tempora refert, hoc in loco de-
lebat Frankius Callin. p. 121. Apud Pausaniam vel Ardalo
Elegi tribuuntur. Omnino nomen antiquissimum est et Asiaticae

quidem originis, de quo cum iam Bernhardyus monuisset (II. 1
p. 399) nuper accuratius Boetticherus dixit in Annall. Marb.
1853. XI p. 88 coll. Aric. p. 34 n. 21, qui vocabula cognata ex
Armeniaca lingua derivat et *ἐλεγεία* per carmen explicat ad in-
strumentum *elegn* cantatum. Hoc autem Frankio concedendum
fuit *Ἔλεγοι* plurali numero ferri non posse. Proprie *Elegus* ni-
hil aliud fuisse videtur, quam nomus auleticus vel auloedicus
et lugubris quidem (*ἔλεγος ὁ θρῆνος* Orion p. 58). Cui quae
verba aptata erant, videntur disticho elegiaco comprehensa fuisse,
ut postea disticha in universum, etiam sine tibiarum concentu,
ἐλεγεῖα vocarentur. — *Comarchium* vero vix statuam cum Buretto
nomen accepisse a comessatione (Suid.: *κῶμος. μεθυστικὸς αὐλὸς*
ἐγχρονίζοντος τοῦ οἴνου ἐρεθίζων τὴν ἡδυπάθειαν).

Τενέδιος] Ita scripsi probante Buretto ex Amyoti versione
in qua *Tenedius* legitur. Libri *Δεῖος* sine sensu. Tenedo in-
sulae aliquid cum tibiis commercii fuisse colligendum est e pro-
verbio *Τενέδιος αὐλητής* apud Steph. Byz.

Πολυμνάστια] Malim *Πολυμνάστεια*.

τοὺς κιθαρῳδικοὺς πρῶτος ὠνόμασε] Libri *πρότερον*. quod
librariorum neglegentia ex praecedentibus repetitum censeo. scri-
bendum erat *πρῶτος*. ita supra in capite tertio: *ἀποφῆναι δὲ*
τοῦτον λέγει ὀνόματα πρῶτον τοῖς κιθαρῳδικοῖς νόμοις h. e. Ter-
pander primus nomis citharoedicis suum cuique nomen indidit.
Cf. Poll. IV, 65: *νόμοι δὲ οἱ Τερπάνδρου ἀπὸ μὲν τῶν ἐθνῶν ὅθεν*
ἦν Αἰόλιος καὶ Βοιώτιος. ἀπὸ δὲ ῥυθμῶν ὄρθιος καὶ τροχαῖος. ἀπὸ
δὲ τρόπων ὀξὺς καὶ τετραῴδιος. ἀπὸ δὲ αὑτοῦ καὶ τοῦ ἐρωμένου
Τερπάνδρειος καὶ Καπίων, et quae similia Suidas habet v. *νόμος*.

Βοιώτιον] Quo iure is nomus, quem Aristophanis aetate Boe-
otii nomine circumferebant, v. Schol. Arist. Ach. v. 14, ad Ter-
pandrum relatus sit, dubium est, modo iis attendas, quae Lo-
beckius disputavit, Aglaoph. p. 306. Erat hic nomus ab initio
placidus et quietus, finem versus incitatiores numeros habebat.
Cf. quae obscurius paullulum a Zenob. II, 65 traduntur cum
Leutschii nota. Boeotii et Phrygii nomi inventionem, cuius
alias nulla facta est mentio, ad Terpandrum rettulit Suidas v.
Μόσχος, quamquam quae ibi leguntur, paullo aliter exhibet
Mich. Apost. XI, 74: *τὸ δὲ Βοιώτιον οὕτω καλούμενον εὗρε Τέρ-*
πανδρος, ὥσπερ καὶ ὁ Φρὺξ τὸν (l. *τὸ*) *Φρύγιον*.

Ὀξύν] Quomodo secundum Pollucis verba modo laudata a
tropo i. e. a tono sive harmonia nomen tulerit hic nomus, non
assequor. Burettus interpretatur: 'L'air Aigu (*ὀξύς*) se jouait
sur les sons hauts et les plus aigus de la cithare, c'est à dire
sur le mode Lydien, ou sur quelqu'autre des modes supérieurs;
ce qui le rendoit propre à exciter les passions les plus vives'.
Cf. Aristot. Probl. XIX, 37: *ἔργον μᾶλλον ᾄδειν τὰ ὀξέα ἢ τὰ*
βαρέα. καὶ ὀλίγοι τὰ ἄνω δύνανται ᾄδειν. καὶ οἱ νόμοι ὄρθιοι καὶ οἱ
ὀξεῖς χαλεποὶ ᾆσαι διὰ τὸ ἀνατεταμένοι εἶναι. Quamquam omnino
pauci tantum citharae soni fuerunt. Neque probabile est nomen a

rhythmo suntum esse. Nam rhythmi acuti pravi sunt, si Dionem audis or. II, 56 qui pravae musicae et corruptae haec signa recenset: *αὐλημάτων τε ὀξεῖς καὶ παρανόμους ῥυθμοὺς καὶ κατεαγότα μέλη ἀμούσοις καμπαῖς καὶ πολυφώνων ὀργάνων ποικιλίας.* Contra *Trochaeus* nominatus est a rhythmo Polluce et Suida testibus. Itaque explodenda est Wernsdorfii sententia in Himer. p. 810: 'cum musici aut lenius negligentiusque ludere possent, aut intentius concitateque magis et maiore cum arte, illud vocabant *τὸν τροχαῖον* seu communiter leviterque decurrentem nomon, hoc vero *τὸν ὄρθιον* seu erectius sonantem, quo utebantur, quotiescunque artis suae specimen edere volebant.' Porro mirabitur aliquis, quid sit, quod Plutarchus hoc in loco *Orthium nomum* omiserit, de quo Hesychius ita praecipit: *ὄρθιον νόμον. οὕτως ὀνομάσθαί φασιν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ῥυθμοῦ καθάπερ καὶ τὸν τροχαῖον.* et Suidas: *ὄρθιον νόμον καὶ τροχαῖον. τοὺς δύο νόμους ἀπὸ τῶν ῥυθμῶν ὠνόμασε Τέρπανδρος. ἀνατεταμένοι δ' ἦσαν καὶ εὔτονοι* (v. Aristotelis verba modo laudata), e quibus tamen verbis nihil certi de eorum rhythmo colligitur. Sed Orthium nomum Plutarchus hoc loco nominare non potuit, quippe qui tibialis esset neque ad fidium cantum aptatus, v. Schol. Arist. Ach. v. 16: *ὄρθιος νόμος — — αὐλητικὸς νόμος εὔτονος καὶ ἀνάτασιν ἔχων.* cf. Blomf. Gloss. Aesch. Pers. v. 395. Et ne inventus quidem fuit a Terpandro, de quo infra dicetur. Ceterum cum Suidae verba modo prolata statim excipiant Homeri verba ex Il. *Λ*, 10:

ἔνθα στᾶσ' ἤυσε θεὰ μέγα τε δεινόν τε
ὄρθι'

equidem censeo mancam esse Suidae orationem, nomum autem Orthium dictum fuisse, non propter rhythmum sed propter hos ipsos Homeri versus: nam erat in Minervae honorem compositus, de quo aliunde constat, v. Suid. v. *Ἀλέξανδρος* et *ὀρθιασμάτων*, eiusdemque etiam nomen gessit secundum Dionem or. I, 1: *τὸν ὄρθιον τὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐπικαλούμενον νόμον.* Nam si nomen tulit a rhythmo, profecto non intellego, quid inter ipsum et Trochaeum nomum interesse potuerit: orthius enim rhythmus idem erat qui trochaeus, nisi quod lentiore ductu canebatur, quem Graeci *ἀγωγήν*, nostrates Italo vocabulo *tempo* vocant. Lentus autem ductus fere omnium nomorum solemnis erat. Bellica Orthii melodia Alexandrum a Timotheo ad pugnam incitatum esse constat, qua narratione egregie Haendelius noster usus est ad celebrandam musicae vim et potestatem in compositione musica, quam Drydenii festo Alexandri adaptavit. Hunc nomum imprimis bene cantavit *Chaeris* sive *Chares* tibicen Thebanus, de quo adeundus est Leutschius in Paroemiogr. I p. 462. Praeterea *Nicopheles*, opinor, idem Thebanus, quem in cantando Minervae nomo singulari tibiarum genere usum fuisse *Ἀθηνᾷ* nuncupato, tradit Poll. IV, 77.

Τετραοίδιος] 'Tetraoedius Boeckhio similiter instructus fuisse

videtur atque *τριμελής*. nomus auloedicus Sacadae, cuius stropham primam Doriam, alteram Phrygiam, tertiam Lydiam fuisse arbitratur de Metr. Pind. III p. 251. Eadem fere Buretti sententia est.' Plehn. Lesbiac. p. 158. cui sententiae favent Pollucis verba *ἀπὸ δὲ τρόπων ὀξὺς καὶ τετραῴδιος.*

προοίμια] Prooemia sunt minores quaedam introductiones musicae, quae in sacris festis canebantur, e quorum collectionibus F. A. Wolfius hymnorum Homericorum congeriem ortam esse censebat in Hes. Theog. p. 60, cf. Prolegg. p. CVI sq. Versum primum ex Terpandri prooemio in Orthium nomum

ἀμφί μοι αὖτις ἄνακτ' ἑκαταβόλον ᾀδέτω ἁ φρήν

servaverunt Scholl. Arist. Nubb. v. 591 et Suid. v. *ἀμφιανακτίζειν.* Cf. Bergk P. L. p. 537. Prooemia autem citharoedicae artis propria fuisse videntur: auloedice habebat *προνόμια* et *προαύλια* sive *προαυλίας*. v. Wernsdorf. in Himer. p. 460.

Τιμόθεος] Distinguendum est inter duos musicos eiusdem nominis, clarissimum utrumque. Is de quo hic sermo fit est *Timotheus* Thersandri filius *Milesius* vel Melius, citharoedus et dithyramborum poeta, quem circa Ol. CVI, 1 obiisse auctores sunt Alex. Aet. ap. Macrob. V, 22. Steph. Byz. v. *Μίλητος* et Suid. s. v. Cf. Bernhardy II, 1 p. 673. Secundum Phrynidem, Cinesiam eiusque aemulatorem Polyidum, v. Ath. VIII p. 352 B, inter praestantissimos musicae Graecae novatores refertur, ita ut chordarum quoque numerum auxisse perhibeatur. Cuius novationes, etiamsi totius fere Graeciae plausum ferrent, cum tamen initio et Athenis et Spartae improbarentur, orta est fabula etiam Timothei lyram abstulisse Spartanos et supervacuas chordas abscidisse, v. Dion. Chrys. or. XXXIII, 57. Artemon. ap. Ath. XIV p. 636 E, de quo cf. Müller. Dorr. II p. 317 sqq. Praeter ipsos dithyrambos citharoedicorum quoque nomorum octodecim libros composuit teste Stephano Byzantio, qui proxime ad laxos dithyramborum numeros accedebant, id quod praeterquam ex Clementis verbis Strom. I p. 365: *νόμους τε πρώτους* (l. *πρῶτος*) *ᾖσεν ἐν χορῷ καὶ κιθάρᾳ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος* (nam chororum usui inde a Chrysothemidis aetate nomi destinati non erant), ex Hephaestione colligendum est p. 66: *ἀπολελυμένα δέ, ἃ εἰκῇ γέγραπται καὶ ἄνευ μέτρου ὡρισμένου· οἷόν εἰσιν οἱ νόμοι οἱ κιθαρῳδικοὶ Τιμοθέου.* Itaque Timothei nomi firmo metrorum vinculo soluti erant, sine certa et constante rhythmopoeia compositi, ita ut musica prae poetica, certe prae metrica eorum compositione praevaluisse videatur, quam viam praeiverat Phrynis, de quo infra dicetur.

Alter Timotheus est tibicen Thebanus sive Boeotus. Nuptiis Alexandri interfuit, qui eum plurimi faciebat, et multum valebat in componendo aut excitando animo regis, v. Suid. v. *Ἀλέξανδρος*, Dio Chrys. or. I, 1, Himer. ecl. XVII, 4 et quae supra de orthio nomo exposita sunt. Sine dubio per errorem Stephanus Byzantius a minore Timotheo ad maiorem mille ver-

sus pronomiorum transtulit ad tibiam aptatorum, cui nihil omnino cum tibiis erat: errori tamen facilis parata est venia, cum Timotheus Thebanus saepius Milesii quaedam ad tibiam cecinisse videatur, ab ipso auctore fortasse fidibus tantum destinata, de quo cf. Luc. Harm. c. 1 p. 852.

διαμιγνύων διθυραμβικὴν λέξιν ᾖδεν] Perperam haec verba nonnulli interpretes ita acceperunt, ut censerent Timotheum dithyrambis vel nomis dithyrambicis prooemia praemisisse versu heroico scripta, cum Plutarchus Timothei carminibus probare velit ipsos nomos. de quo ex aliis quoque veterum testimoniis constat, non solum prooemia nomorum antiquitus versui hexametro adstrictos fuisse. Erravit etiam Kaltwasserus vertendo: 'er mischte die frueheren Nomen in heroischen versen in seine dithyrambischen poesien mit ein.' Immo haec est Plutarchi sententia Timotheum cum servata nomorum forma heroica coniunxisse argumentum et dictionem dithyrambicam, non ut dithyrambi eius heroico plerumque metro procederent, qui tetrametris trochaicis compositi esse debebant, v. Aristot. Poet. 4 p. 1449 a, 21 sq. Rhett. III, 1 p. 1404 a 31, coll. Welcker. Epil. in Aesch. Tril. p. 228. 231 n. 161, sed ut nomos dithyramborum simillimos redderet, v. superiorem notam. Quod Genellius de theatro Atheniensi p. 12, coll. Kolster. de parab. p. 53, ex his verbis collegit dithyrambos usque ad Timothei aetatem dactylicos fuisse, refutavit Geppertus de th. Graec. ant. p. 4, qui recte vidit his verbis illud quidem probari posse, non alienum fuisse neque contrarium dithyrambicae compositioni numerum dactylicum, non vero proprium.

πρεσβύτερον γοῦν αὐτὸν Ἀρχιλόχου] Cum hac Glauci Rhegini sententia de aetate Terpandri, quam probavit Alexander in capite quinto, pugnat Phanias Eresius apud Clem. Alex. Strom. I p. 398, qui Terpandrum aetate posteriorem facit Archilocho. Sed maior fides habenda est Glauco utpote antiquiori scriptori. Sane Hellanicus apud Athen. XIV p. 635 E Terpandrum primum vicisse ait in ludis Carneis Spartae celebratis. Sed haec futilia sunt, cum idem Hellanicus auctor ceteroquin parum accuratus Terpandrum apud Clementem l. l. ad fabulosa Midae regis tempora rettulerit. Erravit autem O. Muellerus, qui abusus Hellanici verbis apud Athenaeum Terpandrum circa Ol. XXVI vixisse asseverat. Ad hanc enim aetatem Sosibius quidem Laco chronographus ille Carneorum originem rettulit, non vero Hellanicus, quem longe antiquiorem ludorum originem statuisse consentaneum est. Itaque nihil obstat, quominus de Terpandri aetate faciamus cum Glauco, praesertim cum Terpander, secundum ea quae veteres de eo memoriae mandaverunt, multo propius ad illud aevum accedat, quo carmen heroicum apud Graecos in flore fuit, quam Archilochus, quod minime fugit Bernhardyum subtilem et accuratissimum talium rerum existimatorem, Hist. litt. Gr. I p. 301. Sane Ter-

pander primus poeta melicus perhibetur, sed lyricam eius poesin ab epica parum diversam fuisse fabulosa Graecia vel eo indicat, quod Terpandrum Homeri Hesiodique affinem nominavit. Praeterea si qui statuunt fieri potuisse, ut Terpander Aeolius sine ullo commercio cum Archilocho Ionio homine maneret, etiamsi ab eo aetate superatus esset, parum considerate faciunt, nam recte Boeckhius in C. I. II p. 316b: 'atque aliquid' inquit 'Terpandro cum tibiis (h. e. arte Asiatica, quam postea Archilochus prae ceteris colebat) commercii fuisse, colligas inde, quod Glaucus Rheginus apud Plut. de Mus. c. 4 dixerat cum δεύτερον γενέσθαι μετὰ τοὺς πρώτους ποιήσαντας αὐλῳδίαν.' Itaque medium quoddam tenendum est inter Ritschelii sententiam in Encycl. Hal. v. Olympus p. 333 de Terpandro prolatam, et ea quae Hoeckius Cret. III p. 356. 374 in contrariam partem disputavit.

τοὺς πρώτους ποιήσαντας αὐλῳδίαν] Olympum dicit eiusque discipulos musicos Phryges, v. Bernhardy I p. 296.

Cap. V.

Ἀλέξανδρος] Est is Alexander Cornelius, Cornelii Lentuli libertus, cognomine Polyhistor, Milesius (Suid. s. v.), diversus ab Alexandro Cotyaeensi Asclepiadis filio M. Antonini imperatoris magistro, grammaticus Pergamenus adeoque Cratetis discipulus vocatus, quamquam hoc per temporum rationes vix stare potest. Romae vixit Sullae temporibus et postea. Cf. Car. Mueller. Fragm. Hist. Gr. T. III p. 206 sqq., quo loco errores Vossii in Hist. Gr. I, 22, Jons. Script. Hist. Phil. II, 16, Clintoni aliorumque refutati sunt. Tertium Alexandri *Φρυγιακῶν* librum allegavit personatus ille Plut. de fluv. X, 1.

κρούματα Ὀλύμπου] Vocabulum *κρούματα* non solum de fidibus in Graeciam introductis accipiendum est, id quod unice verum esse praepostero iudicio Ritschelius contendit in Encycl. Hal. s. v. Olympus p. 334. Immo *κρούματα* aut ad cymbala spectant et crotala, quae crumata vocavit Cassiodorus, crusmata Martial. VI. 71, cuius Baetica crusmata sunt crepitacula lignea quae hodie cascabillos vocantur, idque verisimile est propter additam Dactylorum Idaeorum mentionem, v. Hoeck. Cret. I p. 226: neque aliam intellego crumaticam musicam apud Suidam v. Ὄλυμπος: *ἡγεμών τε γενόμενος τῆς κρουματικῆς μουσικῆς καὶ τῆς διὰ τῶν αὐλῶν*. Aut spectant ad tibialem artem, nam *κρούματα* interdum tibiarum soni vocabantur, v. Plut. Quaestt. Convivv. II, 4: *ἐπιεικῶς γὰρ ἀπολαύειν τὰ νεώτερα πράγματα κειμένων ἐν τοῖς παλαιοτέροις ὀνομάτων. ὥς που καὶ τὸν αὐλὸν ἡρμόσθαι λέγουσι. καὶ κρούματα τὰ αὐλήματα καλοῦσι. ἀπὸ τῆς λύρας λαμβάνοντες τὰς προσηγορίας.* apud Poll. VII, 88 commemorantur *κρούματα τὰ ἐν αὐλητικῇ*, sicut IV, 84 *κρούματα σαλπιστικά*, et *κρουματοποιός* est *αὐλητής* apud Athen. VIII p. 337 C, v. Steph. Thes. s. v. Locutionis rationem ex etymo-

logia petitam reddidit E. Hoffmann Homeros p. 52 n. 61. In universum igitur *κρούματα* sunt soni quotcunque instrumentis musicis cuiusvis generis eduntur, plerumque tamen fidium soni. At de fidium migratione ex Asia in Graeciam facta pauca tan- tum et sibi contraria veteres tradiderunt, et nimis artificiosa atque falsa videntur, quae Ritschelius de hoc loco dixit, minori quidem Olympo rem esse cum fidium musica, sed Pratinam demum distinxisse inter maiorem Olympum et minorem, non Alexandrum, qui Olympum unum Phrygem agnosceret, et prop- ter summam fidium in Graecia antiquitatem facile ad errorem induci potuisset, ut has quoque ab Olympo illo in Graeciam delatas esse statueret.

Ἰδαίους Δακτύλους] Cf. Solin. Polyhist. c. 11: 'studium mu- sicum inde coeptum, cum Idaei Dactyli modulos crepitu et tin- nitu aeris deprehensos in versificum ordinem transtulissent,' et Isidor. Origg. XI, 6: 'studium musicum ab Idaeis Dactylis coeptum', quibus proxime accedit Diodorus, qui musicam, poe- sin et saltandi artem Curetes ait Graecos docuisse. De ipsis Dactylis Idaeis, si quis plura desiderat, Hoeckium adeat l. l. et Lobeckium in Aglaoph. p. 1156 sqq. Dicuntur musicae peri- tissimi fuisse etiam in Schol. Townl. ad Il. X, 391.

εἶτ' Ὄλυμπον] Hoc cognationis stemma, Olympus Marsyae Hyagnidis, antiquitati pervulgatum fuit, v. Muncker. in Hygin. 165. Brunck. Arist. Eqq. 9, modo unum excipias Apollodorum I, 4, 2, qui Olympum Marsyae patrem fecit, cf. Clavier. in h. l. et Burm. Ovid. Metam. VI, 400, nisi hoc quoque in loco pro *παῖδα* legendum est *πατέρα*. Notam debeo Ritschelio Enc. Hal. l. l.

Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη] Quid hoc sibi velit, quod Terpander lyricam Orphei poesin imitatus esse dicitur, apertum fit consi- deratis quae de Terpandri vita narrantur. Nempe Terpander Derdenis filius (*Δερδένεος* Marm. Par. ep. 35; de nominis forma v. Boeckh. C. I. II p. 316b) Lesbius ferebatur Antissenus, quem si Tzetz. Chil. I, 16 ad Diodorum provocans Methymnaeum vocat, hoc neglegentiae compilatoris Byzantini imputandum videtur. Quin Terpander re vera aliquando vixerit, cur dubi- temus, nihil caussae video, nam quod ad nomen attinet ali- quatenus symbolicen resapiens, v. Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 299, hoc levidense est. Iam si traditur Orphei lyra potitus eiusque carmina imitatus esse, hoc ad originem Terpandri e Lesbia quadam gente refero, quae musicam artem per heredi- tatem quandam a patre acceptam in filium transmisit. Anti- quissimae vero Lesbiacae coloniae e Boeotia venerant, simul- que priscam Thracum musicam inde attulerant, v. quae supra in cap. III de Amphione dixi, de quo fabulae testantur Orphei a mulieribus dilacerati caput et lyram undarum fluctibus An- tissam delata referentes, Phanocl. eleg. frg. 1. Hanc lyram postea in Terpandri manus venisse, quod absurdis commen-

tis Nicomachus auxit Harm. El. II p. 29. Itaque arto quodam vinculo Terpandrum coniunctum videmus cum vetere Thraciae musicae disciplina, ita ut illud quoque intellegamus, cur a qui- busdam Terpander Boeotus habitus sit Arneus vel Cumanus, cuius Suidas auctor est s. v. *Τέρπανδρος*. Aliter tamen hoc Alexandri testimonio usus est Bernhardyus Hist. litt. Gr. II, 1 p. 371.

Ἀρχίλοχος παραδίδοται γενέσθαι] Quicquid in hoc capite ad temporum rationes spectat, fluctuat et incertum est. Hic igitur Archilochus aetate posterior exhibetur Terpandro et Clona, v. quae de Terpandri aetate sub finem capitis quarti disputavimus. Strabo IV, 647, Clem. Alex. Strom. p. 397 eum recentiorem faciunt Callino, sed dubia est aetas horum omnium. Neque cetera nos iuvant, veluti quod Clemens l. l. p. 347 eum inter aequales Simonidis Armorgini refert, quod Plutarchus infra eum ante Thaletam vixisse dicit, quod denique Eusebius eum circa Ol. XXIX constituit. Cf. de his omnibus Liebel. Archil. fragm. p. 8. 11.

Ἄρδαλον Τροιζήνιον] Etiam de Ardali aetate veteres haesi- tasse videntur, quippe qui duos viros cognomines a confusione tuendos esse censerent: priorem alterum fabulosum Vulcani filium, qui Musarum cultum Troezenem detulisset, de quo vi- dendus est Mueller. Dorr. I p. 344 sq., alterum recentiorem Thaletis aequalem, de quo ita disputavit Plut. Sept. Sapp. p. 150 A: *ἦν δὲ Τροιζήνιος ὁ Ἄρδαλος, αὐλῳδὸς καὶ ἱερεὺς τῶν Ἀρδαλίων Μουσῶν, ἃς ὁ παλαιὸς Ἄρδαλος ἱδρύσατο ὁ Τροιζήνιος.* Assentitur Pausan. II, 31, 3, qui eum a quibusdam tibiae inven- torem habitum esse tradit. Cf. Wyttenbach. Animm. II, 224 (934). Hoc quidem in loco de priore loquitur Plutarchus.

Πολύμνηστον ποιητήν] Etiam de Polymnesto non certiora sciri possunt, quam quae Pluarchus suppeditat. Originem Co- lophoniacam testantur Lexicographi. Incidit eius aetas inter Thaletam et Alcmanem, qui in carminibus Polymnesti mentio- nem fecerat. Spartanis autem carmen heroicum in Thaletae honorem composuit, Pausan. I, 14, 4. Per errorem tantum factum esse si propter leviora quaedam comicorum dicteria ali- quot grammatici lascivam ei et ludicram poesin tribuerint, osten- dit Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 325. cf. eundem in Suid. II, 2. 347. Ego tamen propter haec ipsa comicorum verba sta- tuo parum de veris et genuinis eius carminibus compertum habuisse Athenienses. Ea vero, quae hoc in loco de Poly- mnesto et Polymnesta tanquam nomorum nominibus leguntur, corrupta sunt, neque aliam patiuntur interpretationem, si quid video, haec verba, quam Amyoti vertentis: et qu' il y eut aussi un Polymnestus poëte, fils de Meles Colophonien, qui avec une femme nommée Polymneste fit les loix des flustes — quod sane ridiculum. Sed falsa sunt, quae Burettus T. XIV p. 419 ratio- cinatur: 'Plutarque, cidessus, parle de ces airs qu'il nomme

Polymnastiens (*τὰ Πολυμνάστια καλούμενα*) où il faut sousentendre *μέλη* ou *ᾄσματα*. Cette dénomination suppose que Polymneste n'avoit pas composé pour un seul air, mais qu'il y en avoit plusieurs de sa façon. Aussi tous les Auteurs qui allèguent les Ouvrages de ce Musicien, les apellent-ils *Πολυμνήστια*. Il paroît donc par ce passage de Plutarque, que ces Nomes de Polymneste étoient au nombre de deux; dont l'un s'appelloit *Πολύμνηστος* et l'autre *Πολυμνήστη*.' Qui enim obsecro nomus nomen *Πολυμνήστη* habere potuit? Nam Buretti hac de re commenta describere piget. Equidem censeo scribendum esse: *ὃν Πολύμνηστον δὲ καὶ Πολυμνήστιον νόμον ποιῆσαι.*

ὅτι τὸν Ἀπόθετον νόμον καὶ Σχοινίωνα] Uterque nomus per errorem etiam ad Terpandrum relatus est, quam sententiam Poll. IV, 65 ita impugnat: *σφάλλονται δὲ οἱ καὶ ἀπόθετον προστιθέντες αὐτῷ καὶ σχοινίωνα· οὗτοι γὰρ αὐλητικοί.* recte. etenim consentiens doctorum hominum inter veteres fuit opinio, quicquid recentiores obloquuntur, Terpandrum citharoedicos tantum nomos composuisse, non etiam auleticos. Sane fieri potuit, ut postea succinentibus tibiis quoque, *αὐλοὺς κιθαριστηρίους* puta, recitarentur, quamquam ne hoc quidem vetere aliquo testimonio probatur, cf. Plehn. Lesbiac. p. 161. Hoc etiam caussae fuit, cur supra nulla Orthii nomi mentio facta sit a Plutarcho, quem lexicographi Terpandro tribuere non debebant, de quo in annotatione ad illum locum dictum est. Alia testimonia de his nomis in cognitionem meam non venerunt, nisi quod Schoenionem auleticum nomum vocant Hesychius et Pollux, quem Casaub. in Ath. XIV, p. 894 dictum putavit, quod fractus et effeminatus sit saltu suo. Schoenionis nomen ad dithyrambos rettulisse Thierschium alicubi memini, quamquam eius verba non ad manum sunt. Parum recte. Quid si de Schoeno Boeotica urbe cogites? De Apotheto Burettus T. XIV p. 353 haec habet: 'à s'en tenir à la force du terme Grec, ce pouvoit être un air de distinction, qu'on ne prodiguoit pas en toute rencontre, et qu'on mettoit en *réserve* pour les grandes fêtes, ou les cérémonies d' éclat.' Quae vera esse possunt.

τοῦ δὲ Πολυμνήστου καὶ Πίνδαρος] Cf. Strabon. XIV p. 643: *λέγει δὲ Πίνδαρος καὶ Πολύμναστόν τινα τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ἐλλογίμων „φθέγμα μὲν πάγκοινον ἔγνωκας Πολυμνάστου Κολοφωνίου ἀνδρός."* Pind. fragm. 163 Bgk.

καὶ Ἀλκμάν — ἐμνημόνευσαν] O. Muellerus Dorr. II p. 315 n haerebat in mentione Polymnesti per Alcmanem facta, et *Ἀλκαῖος* scribere maluit. Alcmanem enim circa Ol. XXVII vixisse, itaque Polymnestum commemorare non potuisse, quem Plutarchus Sacadae aequalem circa Ol. XLVIII faceret. Frustra haec dixit vir doctus. Immo sic statuendum est, novum ex hoc loco accedere testimonium pro ea chronographorum sententia, qui Alcmanem ad Ol. XLVII rettulerunt, de qua nota res est. Sic infra in c. XII *ἡ Ἀλκμανικὴ καινοτομία* post ea demum commemoratur, quae Polymnestus, Thaletas et Sacadas in musica novarint. Omnino secundam musicae catastasin Spartae factam si quis contendat Alcmanis aetatem antecedere, non repugno.

Φιλάμμωνά φασι — συστήσασθαι] Hanc opinionem respicit Suid. v. *Τέρπανδρος: νόμους λυρικοὺς πρῶτος ἔγραψεν. εἰ καί τινες Φιλάμμωνα θέλουσι γεγραφέναι.* Plehnii verba iuvat adscribere Lesbiac. p. 158: 'sed haec, praesertim quae de Chrysothemide narrantur, fabulis nihilo potiora dico: certas exploratasque veterum narrationes si consideremus, sic statuere debemus, Terpandrum nomis citharoedicis ab ipso compositis certam et constantem melodiam primum applicuisse.' Chrysothemis autem Cretensis hymno vel nomo in Apollinem recitato victoriam in Pythico agone rettulisse narratur apud Pausan. X, 7, 2 et Photium e Proclo p. 523. In universum recte Plehnius. licet tamen illud ex his fabulis colligere Terpandrum non solum novos nomos composuisse, sed priora quoque huius rei initia diligenter collegisse et suum in usum convertisse. Annotavit hoc in loco Burettus: 'je ne dois pas me dispenser d'observer ici, que dans le MS. de Petau on lit *ὑπὲρ Τερπάνδρου*. ce qui pourroit signifier *avant Terpandre*, et alors il faudroit traduire. Philammon rassembla plusieurs Nomes pour la cithare, lesquels avoient été composez avant le tems de Terpandre.'

Cap. VI.

μέχρι τῆς Φρύνιδος ἡλικίας] Quicquid veteres de *Phrynide* tradiderunt ad ea recidunt, quae apud Suidam s. v. leguntur et Scholl. Arist. Nubb. 969, breviata apud Eudociam p. 420. Mitylenaeus erat, Camonis filius h. e. Scamonis (Poll. IV, 65. Schmidt. diatr. in dithyr. p. 89 sq.) clarissimus musicus, qui Athenis floruit Medicorum temporibus. Primum auloedicam exercuit, deinde ad citharae pulsationem se contulit Aristoclide magistro, qui ipse Terpandreum se profitebatur, et primus citharoedicam artem Atheniensibus probavit. Victoriam reportavit Phrynis in Panathenaeorum certamine, v. Marm. Par., Callia archonte Ol. LXXX, 4 vel potius Callimacho Ol. LXXXIII, 3. Cf. Meier. de Panath. p. 285. O. Mueller. Hist. litt. Gr. II p. 286. Phrynis autem tanquam dithyrambicorum antesignanus primus musicam corrupisse censebatur, eamque ob caussam gravissimam Comicorum reprehensionem incurrit. At si accuratiora quaeris de novis eius conaminibus, nihil traditur nisi fabula ista in omnibus praestantioribus musicis decantata interposuisse eum septem antiquis lyrae chordis duas novas, quas Spartam advenienti Ecprepes ephorus (Emerepes habet Mich. Apostol. XI, 38; unde vera nominis forma *Emprepes* ubique restituenda) abscidisset, abscindere certe voluisset, Plut. Lacc. Apophth. p. 220 C, de Prof. in virt. c. 13. Praeterea obiciuntur eius melodiis tortuosi flexus cantu difficiliores, v.

Poll. l. l., Suid. v. βωμολοχεύσαιτο. Hesych. v. Λέσβιος ᾠδός. Arist. Nubb. 969. 972. Phrynidis autem auctoritas evanescere coepit prae nova Timothei gloria, v. Plut. π. τ. ἑαυτ. ἀνεπιφθ. c. 1. Cf. Plehn. Lesbiac. p. 197. Meinek. Fr. Com. II p. 329. Bernhardy in Suid. II, 2 p. 1554. Nomos Phrynidis commemoravit Phanias Eresius apud Athen. XIV p. 638 C. Itaque dubium non est, quin hanc ob caussam melicorum in numerum referendus sit, de quo iam Schweighaeuserus cogitavit in Indice Ath. T. IX p. 172, quamquam e Polluce quidem IV, 65 hoc pro certo colligi non potest. Nomorum autem formam eo mutavit, quod primus τὸ ἑξάμετρον τῷ λελυμένῳ συνῆψε secundum Proclum apud Photium. h. e. quod nomorum versibus heroicis etiam liberiores rhythmos immitteret, quod cum nemo ante eum fecisset, postea multo maiore modo fecit Timotheus maior.

τὰς κιθαρῳδίας ὡς νῦν] Postrema verba spectant ad eius aetatem cuius expositionem Plutarchus breviavit, sive Heraclidem dicis, sive Aristoxenum.

νόμοι γὰρ προσηγορεύθησαν] Vide quae supra exposui in caput tertium.

παραβῆναι ὡς ἐβούλοντο] Ita scripsi e coniectura. Imperfectum pro Praesente requirebat concinnitas grammatica. Ipsa autem verba infra legebantur perperam post τὰ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς collocata, librarii opinor errore. Nam haec est sententia Plutarchi nihil licuisse antiquis musicis ex arbitrio canere, ne prooemia quidem, id quod indicat verbum ἀφοσιωσάμενοι, immo diis rite impertiebantur, quotquot eorum solemnia erant.

ἐξέβαινον εὐθύς] Quod Plutarchus e Terpandri prooemiis colligi dicit a sacro deorum ritu promtum fuisse transitum ad Homericam aliorumque poesin, hoc de nomorum tantum versui heroico adstrictorum recitatione valere docet Bernhardy Hist. litt. Gr. II, 1 p. 555, evocato Santenii testimonio in Terentian. p. 144 et Nitzschii Hist. Hom. I p. 40.

τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας] De forma Asiaticae citharae Cepioni tributae nihil docent veteres. In Plutarchi oratione quaedam deesse mihi videntur. Falsum verborum ordinem probavit Burettus T. XIV p. 428: 'alors on fabriqua le premier modèle de la cithare faite à la maniére, suivant l' idée ou le dessein de Cépion.' Errabunt autem, qui de cithara heptachorda haec accipiant. Quod enim recentiores plerumque pro certo confirmant citharam sive lyram heptachordam a Terpandro inventam esse, hoc incertissimum est. Primum enim per se ineptum est statuere Graecos ceteroquin musicae studiosissimos per aliquot saecula contentos fuisse inani tinnitu instrumenti vel trichordi vel tetrachordi, cui ne ii quidem soni elici possunt, qui intra diapason spatium continentur. Graecis enim cum illud lignum ignotum fuerit, quod in nostris instrumentis tensibilibus vocatur das griffbret, cuius auxilio unius chordae soni multiplicantur, omne instrumentum non plures sonos edebat quam chordas habebat, id

quod rectissime Forkelius vidit Hist. Mus. I p. 322. Accedit gravissimum Euphorionis doctissimi grammatici testimonium apud Athen. XIV p. 635 F: τὰ πολύχορδα τῶν ὀργάνων ὀνόμασι μόνον παρηλλάχθαι. παμπάλαιον δ' αὐτῶν εἶναι τὴν χρῆσιν. Nec non Aristot. Problem. XIX. 32: διὰ τί διὰ πασῶν καλεῖται. ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἀριθμὸν δι' ὀκτώ. ὥσπερ καὶ διὰ τεττάρων καὶ διὰ πέντε; ἢ ὅτι ἑπτὰ ἦσαν αἱ χορδαὶ τὸ ἀρχαῖον. εἶτ' ἐξελὼν τὴν τρίτην Τέρπανδρος τὴν νήτην προσέθηκε. καὶ ἐπὶ τούτου ἐκλήθη διὰ πασῶν ἀλλ' οὐ δι' ὀκτώ· δι' ἑπτὰ γὰρ ἦν. Certe fabulae lyrae heptachordae inventionem ad prima musicae Thraciae inventa referunt eamque Mercurio, Amphioni, Orpheo tribuunt. Magna in solvenda quaestione auctoritas est in Hymno Homerico in Mercurium scripto, qui disertis verbis septem chordas tribuit lyrae a Mercurio inventae, vv. 47—51:

πῆξε δ' ἄρ ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο.
πειρήνας διὰ νῶτα λιθορρίνοιο χελώνης.
ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι.
καὶ πήχεας ἐνέθηκ' ἐπὶ δὲ ζυγὸν ἤραρεν ἀμφοῖν.
ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀίων ἐτανύσσατο χορδάς.

quo in loco haec annotavit Ilgenius: 'de numero chordarum non eadem sententia antiquis scriptoribus constat: alii tres dicunt primo fuisse, alii quatuor. Cum nostro sentit Lucianus Dial. Deor. VII, 223. Horat. Od. I, 15. Vid. Macrob. Saturn. I, 19 et Spanh. ad Call. H. in Del. 253. A septem chordis ἑπτάφθογγος dicitur Eurip. Ion. 881, ἑπτάτονος Alcest. v. 446, ἑπτάγλωσσος φόρμιγξ Pind. Pyth. II, 157, ἑπτάκτυπος Pind. l. c. v. 129.' Quicquid de aetate huius hymni statuimus, illud eo probatur lyram heptachordam iam ante Terpandrum inventam fuisse. Etenim si hymnus Terpandrum aetate antecedit, res manifesta est; sin recentiorem eius originem contendis, quamquam multo recentior esse ne potest quidem, res non minus manifesta. Qui enim hymni auctori in mentem venire potuit, ut eius instrumenti, quo sine dubio ipse utebatur, inventionem ad Mercurium h. e. ad antiquissima tempora referret, si paullo ante a Terpandro inventum erat clarissimo illo musico? Praeterea in capite tricesimo huius dialogi legitur usque ad Terpandrum, non inde a Terpandro, lyram septem chordis fuisse instructam, quae verba etsi forte non a Plutarcho sunt, sed a docto quopiam interpolatore profecta, de quo suo loco dicetur, tamen per se notabilia sunt neque temere reicienda. Itaque Terpander, si chordarum numerum auxit, hoc facere non potuit, quin novas quasdam adderet ad septem priores. Sed fortasse ne auxit quidem Terpander. Etenim flocci pendeo fabulam, quae apud Plutarchum narratur Inst. Lacc. c. 17: εἰ δέ τις παραβαίνοι τι τῆς ἀρχαίας μουσικῆς. οὐκ ἐπέτρεπον· ἀλλὰ καὶ τὸν Τέρπανδρον ἀρχαϊκώτερον ὄντα καὶ ἄριστον τῶν καθ' ἑαυτὸν κιθαρῳδῶν. καὶ τῶν ἡρωικῶν πράξεων ἐπαινέτην. ὅμως οἱ ἔφοροι ἐζημίωσαν. καὶ τὴν κιθάραν αὐτοῦ προσεπαττάλευσαν φέροντες· ὅτι μίαν μόνην χορδὴν ἐνέτεινε περισσο-

τέραν. τοῦ ποικίλου τῆς φωνῆς χάριν· μόνα γὰρ τὰ ἁπλούστερα τῶν μελῶν ἐδοκίμαζον. quo loco illud primum tenendum est nihil de chordarum numero dici. Inconsiderate autem faciunt, si qui Athen. XIV p. 628 B huc referant, qui Lacedaemonios gloriantes facit quod ter corruptam musicam ab interitu servassent, nam Athenaeus nullam Terpandri facit mentionem. Sed dubia sunt et parum credibilia, quae Plutarchus tradit, quod ne Forkelium quidem fugit, Hist. Mus. I p. 291, virum alioquin exilis iudicii. Quomodo enim haec inter se conveniunt, morosa ephororum severitas, et magna Terpandri primi musicae apud Spartanos constitutoris memoria, quae maximo semper in honore fuit, de quo Leutschium adeas in Zenob. V, 9 *μετὰ Λέσβιον ᾠδόν* et Schneidewin. Heracl. Politt. p. 51 sqq.? Porro si cogitas, bis praeterea Ephoros Spartanos chordas abscidisse, in Phrynidis et Timothei lyra, eosdemque Ephoros psaltem quendam, qui in pulsanda cithara digitis utebatur pro plectro, poena affecisse, intelleges profecto has meras esse nugas, comicorum fortasse facetias, sane severis Spartanorum moribus satis convenientes, qui temporis acti laudatores etiam in re musica novum quodcunque quantumvis venustum oderunt et damnaverunt. Itaque eodem ablegauda est fabula quo alia multa, quae de Simonide narrantur apud Scopam divertente, de delphino Arionis sospitatore, de Ibyci gruibus, de lascivis Sapphus amoribus, et innumera id genus. Quam parum vero inter veteres constiterit de antiquis musicis instrumentis, vel ea produnt, quae de *pectide* et *magadide* contraria et pugnantia tradidit Athenaeus, neque a Boeckhio expedita de Metr. Pind. p. 251, neque a Plehnio Lesbiac. p. 154. Quicquid id est, Anacreontis magadis instrumentum tensibile erat viginti chordis instructum. Attamen Pindarus et ipse musicus haud ignobilis non dubitavit eius inventionem Terpandro tribuere, quem puto hanc ipsam ob caussam heptachordae lyrae inventorem non habuit.

At dixerit quispiam, num te fugit Muellerum, Hoeckium, reliquos, Terpandro heptachordae lyrae inventionem tribuisse certis veterum testimoniis nixos? Audiamus testes. Ac primum quidem provocant ad Suidam. Fontem unde Suidas sua hauserit habemus apud Strabonem XIII p. 618: *καὶ Τέρπανδρον δὲ τῆς αὐτῆς μουσικῆς τεχνίτην γεγονέναι φασὶ καὶ τῆς αὐτῆς νήσου* (citharoedicam dicit artem et Lesbum insulam), *τὸν πρῶτον ἀντὶ τῆς τετραχόρδου λύρας ἑπταχόρδῳ χρησάμενον, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις ἔπεσιν εἰς αὐτὸν λέγεται*

σοὶ δ᾽ ἡμεῖς τετράγηρυν ἀποστρέψαντες ἀοιδὴν
ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους.

Non illud dico exiguam esse Strabonis auctoritatem in rebus musicis, sed illud urgeo hos versus referri tantum ad Terpandrum. Redeunt apud Euclidem tamquam Terpandri, Harm. El. p. 19 cum varia scriptura *ἀποστέρξαντες*, e quibus hoc probat Euclides *τόνος* antiquitus dictum fuisse pro *φθόγγος*. Alterum

Clemens Alexandrinus habet Strom. VI. p. 814, his additis verbis: *ποιητής τις οὐκ ἄσημος γράφει — καὶ τὴν παλαιὰν λύραν ἑπτάφθογγον εἶναι διδάσκων.* Iam vero certum esse censeo, totam sententiam de heptachordae lyrae inventione unice ortam esse ex his versibus, Terpandro sive iure sive falso tributis. At obsecro, quomodo *τετράγηρυς ἀοιδή* est pulsatio citharae quadrichordae? Quid sit *τετράγηρυς* nescio, et fortasse ne Strabo quidem sciebat. Collato Homerico *μελίγηρυς* hoc certe efficitur, omnem chordae mentionem alienam esse ab hoc vocabulo, quod sane non obstitit, quominus falsa eius interpretatio somnia illa de lyra heptachorda a Terpandro inventa traxerit. Fortasse committendum est vocabulum cum Nomo tetraoedio. Itaque haec dicit Terpander in initio nescio cuius nomi, se heptachorda lyra novam editurum esse cantilenam, novum nomum, spreto antiquo tetraoedio. Quae si cui minus placebunt, nihil moror. Illud puto manifestum est haec testimonia nihil valere ad infirmandam superiorem expositionem. Ceterum ne cui temerarius fuisse videar in lyrae citharaeque vocabulis promiscue usurpandis, epimetrum inspiciat.

κατὰ Κηπίωνα] De Cepione Terpandri discipulo eodemque amico, v. Poll. IV, 65, nihil constat. Citharoedicum nomum sive ab ipso compositum (Clem. Alex. Protr. p. 2 D: *ᾄδει δὲ καὶ Εὔνομος ὁ ἐμὸς οὐ τὸν Τερπάνδρου νόμον, οὐδὲ τὸν Καπίωνος*) sive a Terpandro amici nomine ornatum, praeter Pollucem l. l. etiam Hesychius novit: *Καπίων κιθαρῳδικοῦ νόμου ὄνομα.*

ἐκλήθη δ᾽ Ἀσιάς] Nominis explicatio a Plutarcho prolata sine dubio recta est, ut fere omnia in hoc aureo libello servata, tamen non antiquitati communis erat. Aliam enim proferunt Scholl. Apoll. Rhod. II, 777 p. 429, 16: *καὶ ἡ κιθάρα Ἀσία λέγεται, ἐπεὶ ἐν Λυδίᾳ πρῶτον εὑρέθη.* accuratius Etym. M. p. 153, 31, Zonar. p. 318: *εἴρηται δὲ Ἀσιᾶτις ἡ τρίχορδος κιθάρα. ὅτι ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλει τῆς Λυδίας, κειμένῃ ἐν Τμώλῳ τῆς Λυδίας, πρῶτον εὑρέθη. ἢ ἀπὸ Ἀσίου τοῦ Λυδοῦ.* De varia nominis scriptura v. Naeke Choeril. fragm. p. 114. Trichordam vero citharam Terpandri discipulo falso tribuit Etymologus. Contra Strabo hoc nomen allegavit, ut ostenderet citharae quoque musicam ex Asia ad Graecos pervenisse, X p. 471, quae sententia ita demum recta est, si aliquam cognationem inter veteres Thracios et Phryges intercedere statuimus, cf. Hoeck. Creta I p. 225 sq. Cithara Asiatica imprimis dramati satyrico grata fuisse videtur. Eurip. Cycl. v. 443 sqq.: *λέγ᾽ ὡς Ἀσιάδος οὐκ ἂν ἥδιον ψόφον κιθάρας κλύοιμεν, ἢ Κύκλωπ᾽ ὀλωλότα. Κρούματα Ἀσιάδος* Agatho commemoravit apud Arist. Thesm. v. 120.

τὸ συνεχὲς τῆς — διαδοχῆς] Recte Amyotus: ‘apres la mort duquel faillit *à Lesbos* la continuation de la succession des joueurs de Cithre.’ Quo iure Ulricius hist. poes. lyr. p. 84 dixerit, non hoc contendere Plutarchum, Terpandri disciplinam omnino in Periclito desiisse, sed evanuisse gloriam in ludis

Carneis paratam, nescio. Sane postea quoque multi musici de origine e Terpandri disciplina gloriati sunt. *Euaenetidem* quidem recentiorem fuisse Periclito probari non potest. Certe fuit *Aristoclides*, Phrynidis praeceptor, Lesbiacae Terpandri scholae addictus, v. Eust. Il. I, 129 p. 741, 16. Schol. Arist. Nubb. 965. Plehn. Lesb. p. 197. Arionem ad Terpandri scholam pertinuisse, mera Plehnii coniectura est, l. l. p. 165. Fuerunt alii quoque musici Lesbiaci insignes. *Cratinum* psilocitharistam Methymnensem commemorat Ath. XII p. 538. Mitylenaeus erat *Agenor*, qui ante Aristoxenum novae musicae disciplinae auctor fuit. Omnino Mitylenaei primas in citharoedica arte partes sibi vindicaverunt, Menand. de laudd. p. 360, 21 ed. Spengel.

Ἱππώνακτα γεγονέναι] Secundum gravissima veterum testimonia pertinet Hipponax ad Ol. LX, ad aetatem Darii Hystaspis, Plin. H. N. XXXVI, 5. Procl. Chrest. 7. Cf. Bernhardy Hist. litt. Gr. II, 1 p. 472.

Cap. VII.

ἐπὶ μόνους τοὺς αὐλητικούς] Ita necessario scribendum fuit pro vulgato *αὐλῳδικούς*, ut ex sequentibus apparet. Plutarchi errorem iam Frankius notavit Callin. p. 130 eumque scriptoris ignorantiae imputavit, quem iniuria musicae imperitum fuisse sibi persuaserat. Deinde pro *μόνους* revocare malim lectionem priorum editionum, velut Wechelianae, *νόμους*.

τὸν προειρημένον Ὄλυμπον] Vide quae cap. V de antiquo Olympo exposita sunt. Debebat hoc in loco posterior Olympus commemorari. Error non neglegentiae Plutarchi imputandus est hic Alexandrum aliumve secuti, qui nihil discriminis inter utrumque Olympum statuebat, id quod illi demum faciebant, quorum sententiam infra commemoravit.

τὸν καλούμενον Πολυκέφαλον] Videtur hic nomus antiquissimus fuisse, quippe quem Pindarus Pyth. XII, 18—32, a Minerva inventum fuisse tradat. Schol. ib. v. 15: *ὅτε ὁ Περσεὺς ἐκαρατόμησε τὴν Μέδουσαν, αἱ δύο ἀδελφαὶ ἐθρήνουν τὴν ἀδελφήν, καὶ ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτῶν καὶ τῶν ὄφεων τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν συριγμός τις ἀνεδίδοτο. τούτου τοῦ συριγμοῦ κατακούσασα ἡ Ἀθηνᾶ τοῦ ἐκ τῶν ὄφεων προσγινομένου πρὸς μίμησιν τοῦ θρήνου καὶ τοῦ ἐκ τῶν ὄφεων γινομένου συριγμοῦ ἐπενόησε τὴν αὐλητικήν. [ἣν] καὶ ὠνόμασε πολυκέφαλον νόμον διὰ τοῦτο. ἐπεὶ γὰρ ἐκ τῶν πολλῶν κεφαλῶν τῶν ὄφεων εἷς τις ἀνεδίδοτο συριγμός, πολλὰς δὲ κεφαλὰς εἰκότως εἶχον οἱ ὄφεις, διὰ τοῦτο πολυκέφαλον νόμον τὴν κατὰ μίμησιν αὐλητικὴν συνθεῖσα ὠνόμασεν.* Eadem dicta sunt ad v. 39, ubi quae postea adduntur: *τινὲς δὲ πολυκέφαλον, φασίν, εἶπεν ἐπειδὴ πεντήκοντα ἦσαν ἄνδρες, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συνεστὼς προκαταρχομένου τοῦ αὐλητοῦ τὸ μέλος προεφέρετο. οἱ δὲ κεφαλὰς ἀκούουσι τὰ προοίμια. ᾠδὴ οὖν διὰ πολλῶν προοιμίων συνεστῶσα, ἣν λέγουσι τὸν Ὄλυμπον πρῶτον εὑρηκέναι*, falsa sunt, quia Polycephalus nomus non a choro canebatur, sed assis tibiis. Threnoedicus erat hic nomus, tristem anguium sibilum in capite sororum imitatus, mortem Gorgonis lugentium. Cf. Boeckh. Expl. Pind. p. 345. Ulrici hist. poes. lyr. p. 174. Erravit Thierschius Introd. in Pind. p. 61, cum Polycephalum nomum a Pythico non differre statueret.

τὸν Ὄλυμπον τοῦτον] Est is idem Olympus, quem Suidas s. v. secundum et tertium dicit. Quem si Midae temporibus Gordii filii vixisse ait, hoc eam ob caussam notabile, quod ad eandem aetatem etiam Terpander ab Hellanico relatus est. Omnino recentiorem Olympum Terpandri aequalem fuisse censeo, quoniam huius primi discipuli auleticam Phrygiam fere omnes norunt. De utroque Olympo sagacissima est Ritschelii disputatio in Encyclopaedia Halensi s. v., ubi docet vir doctissimus minoris Olympi nomen pertinere ad recentiorem quandam auleticae Phrygiae aetatem, et eam quidem, in qua vetus illa contentio inter Graecam citharoedicam et Asiaticam auleticam, quam significant nobis Atticorum illa de certamine inter Apollinem et Marsyam figmenta, evanescere coepit et auletica etiam in sacris Graecorum festis exercita est. Idem docet sequentia Plutarchi verba *ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου* non de vera quadam cognatione, sed de musica disciplina quasi per hereditatem tradita accipienda esse.

Iam si ea, quae Plutarchus et Peripatetici de musica scriptores passim tradiderunt, in unum comprehenduntur, sic statuendum est: duas antiquissimis temporibus fuisse scholas sive disciplinas musicas, e quibus postea perfecta musica Graeca prodierit: alteram *Thraciam*, Orphei et Amphionis, *citharoedicam*, alteram *Phrygiam* Olympi, *auleticam:* utriusque inventa coniunxisse et auxisse *scholam Lesbiacam* Terpandri: ab hac totam pependisse Doriensium musicam in Peloponneso. Phrygiae scholae praeter ipsam artem tibiis canendi genus enharmonium nec non tonus Phrygius et Lydius propria sunt. Phrygios musicos si circumspicis, symbolica nomina *Hyagnidis*, *Marsyae*, *Olympi* proferuntur, quibus Strabo X p. 470 quartum addidit *Sileni*, quamquam Silenus apud alios scriptores modo Corybantem designat, modo ipsum Marsyam. Accedit *Babys*, Marsyae frater, tam pravus musicus, ut eum Apollo ne poena quidem dignatus sit, v. Athen. XIV p. 624 B, Zenob. IV, 81. Cf. Leutsch. in h. l. et Welcker. Alcm. fragm. p. 73. Praeterea *Agnes*, musicus Phrygius, a quo Eusebius in praeparatione Evangelica, cuius verba Sylburgius Clementi inseruit Strom. I p. 132, 45, diatonum genus inventum esse tradit. Agmen claudit *Codalus* ab Hipponacte nominatus, cuius auloedica quaedam ferebatur compositio commemorata in Hedyli epigrammate apud Athen. IV p. 176 C, cf. Bergk. Mus. Rhen. Nov. I p. 359. Alia Phrygiorum musicorum nomina suppeditat Athen. XIV p. 624 B.

τοῦ Μαρσύου [τοῦ] πεποιηκότος] Interponendum τοῦ, quod referatur ad antiquiorem Olympum. WYTTENB.

τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικούς] Apparet ex antecedentibus tantummodo de auleticis nomis sermonem fieri, v. Ritschel. l. l. p. 335. *ἁρμονικός* idem est quod *ἐναρμόνιος*, ut saepe *ἁρμονία*, de quo iam Burettus dixit, id quod *γένος ἐναρμόνιον*. veluti apud Aristox. El. Harm. I p. 2: *τοὺς μὲν οὖν ἔμπροσθεν ἁρμονικοὺς εἶναι βούλεσθαι μόνον. αὐτῆς γὰρ τῆς ἁρμονίας ἥπτοντο μόνον. τῶν δ' ἄλλων γενῶν οὐδεμίαν πώποτε ἔννοιαν εἶχον.* Cf. Meibom. ad h. l. p. 76.

οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες] Spectat hoc ad Glauci vel Heraclidis aetatem, sive quem alium antiquum auctorem secutus est Plutarchus. Certe Aristotelis aetate aliquot etiamnum supererant fragmenta carminum quae Olympi ferebantur cum priscis melodiis prorsus orgiasticis, v. Arist. Polit. VIII, 5. Fortasse ex Platonis verbis in Minoe p. 318 B: *τούτων* (Marsyae et Olympi) *δὴ καὶ τὰ αὐλήματα θειότατά ἐστι. καὶ μόνα κινεῖ καὶ ἐκφαίνει τοὺς τῶν θεῶν ἐν χρείᾳ ὄντας· καὶ ἔτι καὶ νῦν μόνα λοιπά, ὡς θεῖα ὄντα*, colligendum est has unicas fuisse antiquae musicae reliquias. Num genuinae fuerint, valde dubito.

ἄλλοι δὲ Κράτητος] Diogenes Laertius qui IV, 23 decem Cratetes cognomines enumeravit, antiquum musicum omisit. Neque ab alio quopiam scriptore, quantum scio, commemoratus est. Ipsum nomen Graecum est, neque Phrygium, fortasse corruptum. Itaque Cradiam nomum, cuius in sequente capite meminit Plutarchus, nomen accepisse censeo a Cradia quodam musico, sicut Cepion et Polymnestus vocati sunt nomi ab inventoribus, eiusque nomen hic quoque latere.

Ἁρμάτιον νόμον] Nomen tulit, ut videtur, quia de plaustro cantatus est in pompa solemni, v. Eur. Or. v. 1385 c. Scholl. Hesych. s. v. Ulricii hist. poes. lyr. p. 160. Kleinii notam ad Stesichori fragm. p. 117 adire non licuit.

Ὑάγνιδος υἱὸν τοῦ πρώτου εὑρόντος] Sicut hoc in loco etiam in Marm. Par. ep. 10 *Hyagnis* Celaenis tibias et tonum Phrygium invenisse dicitur. De Phrygio tono consentit Aristoxenus apud Ath. XIV p. 624 B. Antiquissimum musicum, patrem et praeceptorem Marsyae novit Hyagnidem Apulej. Florid. p. 113 ed. Bip. Mariandyni discipulus exhibetur in Scholl. Aesch. Pers. v. 933 et ab Eustathio in Dionys. Perieg. v. 791. Contra *Marsyas*, sive Hyagnidis, sive Olympi, de quo dixi in notis ad c. V, sive Oeagri filius apud Hygin. 165 tibiae inventor laudatur a Suida s. v. et in fabulis Atticorum puto propriis apud Apollod. I, 4, 2. Cf. Plato de rep. III p. 399 E. Fistulam et tibiam invenit secundum Metrodorum apud Athen. IV p. 184 A, solam fistulam secundum Euphorionem. Diodorus autem III, 58 potissimum Marsyae de musica meritum in eo posuit, quod singulos fistularum sonos dispersos antea in unum tibiae calamum transtulisset. Ex his narratiunculis illud pro certo sumendum tibiam e Phrygia

ad Graecos pervenisse; reliqua vana sunt, nam quo minus certa de inventorum prima origine tradita erant, eo laetior pullulavit figmentorum seges apud Graeculos mendaces. Ceterum ad Phrygiam tibiae originem etiam nomen eius Latinum referendum esse censeo. Nam Tibia vetus nomen est Phrygiae. Cf. Steph. Byz.: *Τίβιον ὄρος Φρυγίας ἀπὸ Τιβίου τινός.* Suid.: *Τιβία ὕλη ἡ Φρυγία οὕτω καλεῖται* et Paroem. Gr. I p. 431. Barbaram vero tibiae originem novisse scriptores Romanos solemne idem eius epitheton indicat. Imperatorum demum aetate ad analogiam Graeci nominis *αὐλὸς* etiam ad cruris ossa translatum est vocabulum.

χρησάμενος τῷ ἁρματίῳ νόμῳ — φασὶν εἶναι] Totum locum non intellego. Aliunde enim Stesichorum soli citharoedicae arti operam dedisse constat, cui fragmentum eius XXXIX non repugnat. Quomodo igitur auleticum nomum harmatium adhibere potuit? Porro quid est *τὸ κατὰ δάκτυλον εἶδος* quod ex Orthio nomo desumtum dicitur? Metrumne dactylicum an quid praeterea? Quam rem non expediunt scholiastarum verba ad Arist. Nubb. 651: *ἔστι δὲ ῥυθμοῦ καὶ κρούματος εἶδος τὸ κατὰ δάκτυλον, ᾧ χρῶνται οἱ αὐληταὶ πρὸ τοῦ νόμου.* Buretti interpretationem non intellego. Utut hoc est, licet tamen novum ex his verbis petere testimonium nihil Terpandro cum nomo Orthio rei fuisse, de quo supra dixi ad caput quartum.

ὑπὸ Μυσῶν εὑρῆσθαι τοῦτον τὸν νόμον] Prorsus me fugit fuisse, qui Mysis aliquam partem tribuerent in excolenda arte tibiis canendi, nisi huc referre velis, quod Olympum quidam Mysum ferebant, quamquam hoc per se non absonum foret, nam Mysi Phrygum erant maxime vicini. Illud miror fuisse, qui de Libycis tibiarum inventoribus ariolarentur. Certe Athen. XIV p. 618 C Durin *ἐν δευτέρῳ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα* secutus auctorem tibiam eam ob caussam Libycam dicit vocari a poetis, quod *Σειρίτης* artis tibinae inventor *Λίβυς* fuisset *τῶν Νομάδων, ὃς καὶ κατηύλησε τὰ μητρῷα πρῶτος.* cuius rei fides sit penes auctorem.

CAP. VIII.

ἀρχαῖος νόμος καλούμενος Κραδίας] De Cradia Hesychius: *Κραδίης νόμος. νόμον τινὰ ἐπαυλοῦσι τοῖς ἐκπεμπομένοις φαρμακοῖς, κράδαις καὶ θρίοις ἐπιρραβδιζομένοις.* Spectant haec ad solemnem Thargeliorum usum. Hanc autem interpretationem meras nugas continere recte Frankius ostendit Callin. p. 129. Equidem nomen derivandum censeo a nescio quo inventore, v. supra. Idem Frankius rectissime vidit hunc nomum auleticum fuisse, non auloedicum.

Μίμνερμον αὐλῆσαι] Haec verba aut ita interpretanda sunt, ut Mimnermus vetustum Cradiae nomum in componendis elegiis adhibuisse dicatur, cf. Ulric. hist. poes. lyr. p. 176: itaque *αὐλῆσαι* idem esset quod *πρὸς αὐλὸν ᾆσαι* eaque vera Plutarchi

opinio fuisse videtur. Aut simpliciter vertendum est Mimnermum vetustum nomum tibia cecinisse, id quod magis consentaneum videtur. Tibicinem fuisse Mimnermum neque Strabonem fugit XIII p. 442. Haec autem eo tantum valere, ut elegiacos poetas interdum ab auletica vel auloedica profecisse statuamus, non semper et ubique cum iis coniunctos fuisse, Bernhardyus docuit Hist. litt. Gr. I p. 337. II, 1 p. 402.

ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα] Monuit Bernhardyus l. l. p. 402 pro *ἐλεγεῖα* Plutarcho dicendum fuisse *ἐλέγους*. Nam *ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα* sunt *ἔλεγοι*, non vero elegiae. Etsi Plutarchus in confusione vocabulorum facillime peccare potuit, re vera tamen statuisse videtur Mimnermum et antiquos carminis elegiaci auctores auloedicam artem et melicam poesin presse secutos esse, fortasse quia Hipponactis de Mimnermo verba, de quibus modo dictum est, perperam intellexerat. Cf. Ulric. p. 180, Frank. Callin. p. 129. Sane si in tuenda opinione ad Panathenaeorum fastos de musico certamine provocavit, hoc levidense est, quia idem Plutarchus a Pericle demum hos fastos institutos esse dixit, v. Frank. Callin. p. 127 sq. Neque Pausaniae valet testimonium X, 7, 3: *ἡ γὰρ αὐλῳδία μέλη τε ἦν αὐλῶν τὰ σκυθρωπότατα, καὶ ἐλεγεῖα [καὶ θρῆνοι] προσᾳδόμενοι τοῖς αὐλοῖς*, quia profectum est a confusione vocabulorum *ἔλεγοι* in epigrammate Echembroti et *ἐλεγεῖα*. Ex eodem errore fluxisse videtur, quod postea Sacadas *ποιητὴς ἐλεγείων μεμελοποιημένων* vocatur.

καὶ αὐλητὴς ἀγαθός] Scripsi *αὐλητής* pro *ποιητής*, quod librarii errore ex praecedentibus inepte iteratum est. Emendationem et Pythici certaminis commemoratio commendat, et Pausaniae locus allatus: *ἀνηγορεύθησαν δὲ νικῶντες Κεφαλλήν τε ὃς λάμποι κιθαρῳδίᾳ, καὶ αὐλῳδὸς Ἀρκὰς Ἐχέμβροτος, Σακάδας δὲ Ἀργεῖος ἐπὶ τοῖς αὐλοῖς· ἀνείλετο δὲ ὁ Σακάδας οὗτος καὶ ἄλλας δύο τὰς ἐφεξῆς ταύτης πυθιάδας.* Idem Sacadas *αὐλητής* vocatur apud Paus. IX, 30, 2 quae verba eo magis describenda sunt, quod etiam sequentia suam inde lucem accipiunt: *ὁ δὲ Σακάδα τοῦ Ἀργείου τὸν ἀνδριάντα πλάσας, οὐ συνεὶς Πινδάρου τὸ ἐς αὐτὸν προοίμιον, ἐποίησεν οὐδὲν ἐς τὸ μῆκος τοῦ σώματος εἶναι τῶν αὐλῶν μείζονα τὸν αὐλητήν.*

τόνων γοῦν τριῶν ὄντων] De antiquissimis tribus tonis Dorio, Phrygio et Lydio cum Plutarcho consentiunt Ptolem. Harm. II, 10 et Porphyr. p. 350. Invicem distabant inter se soni unius in acutum intensione, ipsorumque discrimen positum erat et in tensionis acumine quod soni principalis erat, et in ordine quo reliqui soni principalem sequebantur. Etiam *μέλη* h. e. cantilenae trifariam partitae erant. Schol. Aristid. p. 203 Fr.: *ἦσαν γὰρ μέλη τρία, τὸ Λύδιον, τὸ Φρύγιον καὶ τὸ Δώριον.* Quartus tonus postea accedebat Ionius. Sic a Dione Chrys. or. XXXIII, 42 quattuor enumerantur harmoniae *Ἰωνικὴ καὶ Δώριος καὶ Φρύγιος ἄλλη καὶ Λύδιος.* Minus accurate Themist. p. 336 A cantilenarum tria esse genera affirmat, *μέλη Δώρια, Φρύγια καὶ Ἰάσια.*

Contra si Aristot. Pol. IV, 3 aliorum secutus auctoritatem duos tantum tonos commemorat, Dorium et Phrygium, hoc aeque falsum est, ac si Heraclides Ponticus apud Athen. XIV p. 624 D, quem Pollux sequitur IV, 65, antiquissimos tonos Aeolium recenset, Ionium, Dorium. Nam prorsus falsa et pugnantia erant, quae Heraclides de tonorum indole ac natura sibi persuaserat, id quod Aristoxeni aetate de aliis quoque valet iudicium, ipso teste Harm. II p. 37. Cf. Ath. Kircher. Mus. I p. 151. Neque magis ea de re inter recentiores convenit auctores. Quorum sententias cum accuratius examinare non huius loci sit, illud tantum pro certo affirmare ausim, Graecorum sive tonos sive tropos sive harmonias dixeris cum iis convenire, quae in recentiorum musica sacra *diapason species* vocantur, quarum sua quamque et propria ratione aures afficere notum est. Etiam veteres multi sunt in describendo tonorum discrimine ethico. Postea vero, propter dithyrambicorum puto novationes, sicut sonorum genera, etiam diapason species ad minorem numerum coeptae sunt exigi. Itaque sicut artem exercentibus fortasse iam dudum moris fuit, etiam qui studio musicas disciplinas amplexi sunt, unam diapason speciem pro fundamento musicae universae esse voluerunt, qualem systema immutabile exhibet, cuius variae transpositiones, ut nostrae artis vocabulo utar, semitonii tensione invicem distantes, tonorum nomina gererent. Neque aliter nostrates, qui proprie duobus tantum utuntur tonis, quas scalam duram et mollem vocamus, tamen per abusum quendam etiam variis unius diagrammatis transpositionibus, velut c duro, g duro reliquis, tonorum nomina indiderunt. Rem, quae altioris est disputationis, si qui accuratius cognoscere volunt, adeant Ptolem. II, 9. Euclid. p. 15. Gaudent. p. 17. Arist. Quint. I p. 17, ex recentioribus praeter Marpurgum, Burneium, Forkelium, Boeckhium de metr. Pind. p. 214 sqq. Bellermannum in libro cui nomen est die tonleitern der Griechen p. 4 sqq., Fortlagium de systemate Graecorum musico p. 16 sqq., Trinklerum de harm. p. 21 sqq., Thierschium Introd. Pind. p. 39 sqq. Neque omittenda sunt, quae *Uhdolphus* hac de re subtilius tamen, si quid video, quam verius disputavit in libello scholastico Glogavii a. 1841 edito p. 11. 18 sq.

διδάξαι ᾄδειν τὸν χόρον] Perduravit hic mos, ut poetae vel musici magistri ipsi chorum praecinendo cantilenam docerent, etiam Atticorum aetate. De Phrynicho testatur inscriptio apud Plutarchum vit. Themist. c. 5. Boeckh. C. I. I p. 342; de Euripide conferantur, quae festive narrata sunt apud Plut. de aud. c. 15: *Εὐριπίδης ὁ ποιητής, ὡς ὑπολέγοντος αὐτοῦ τοῖς χορευταῖς ᾠδήν τινα πεποιημένην ἐφ᾽ ἁρμονίας, εἷς ἐγέλασεν, εἰ μή τις ἦς ἀναίσθητος, εἶπεν, οὐκ ἂν ἐγέλας ἐμοῦ μιξολυδιστὶ ᾄδοντος.* Cui rei equidem haud leve argumentum inesse censeam ad infringendam eorum sententiam, qui Graecis vulgatum et communem notarum usum vindicare velint.

καλεῖσθαι δὲ τριμελῆ] Ita scripsi, ut in capite quarto, pro eo quod bis scriptum erat *τριμερῆ*. Apud Hesych. v. *Πολύμνηστος* legitur *εὐμελής* pro quo in libris est *εὐμερής*, ubi editor: *μέλη*, inquit, et *μέρη* saepius confundi notum est. Nomorum enim *partes*, siquidem antiquiores nomos iam partibus constitisse statuimus, secundum ea, quae de Pythici nomi partibus tradita sunt, minime pertinebant ad tonorum mutationem. Quo loco non praetereunda est Boeckhii sententia, de Metr. Pind. p. 242, multis quantum scio probata. Is enim: 'certum est' inquit 'eosdem modos variis fuisse rhythmis insignitos: atque ut melodia, tensione, intervallis, figuris melicis differebat, ita rhythmus ductus sive celeritate sive tarditate, pedibus figurisque metricis inde formatis variabatur magnopere. Accedebat instrumentorum musicorum diversitas et dialecti sermonis delectus varius, alius sententiarum nexus, alia verborum conformatio et grammatica et logica: postremo saltationis alii motus, aliae figurae, alii gestus.' Quae vix credam: nam praeterquam quod idonea destituta sunt auctoritate, finge tibi, eiusmodi fuisse antiquos illos modos, quibus Sacadas usus est, qui fieri potuit, ut ternos ille ad unius nomi unitatem coniungeret, pro ea quae tum erat veteris Graecorum musicae simplicitas? Similiter autem instructum fuisse tetraoedium Terpandri nomum ac Sacadae nomum *τριμελῆ*, recte vidit Burettus, post eum Boeckhius de Metr. Pind. p. 251. Cf. Bernhardy Hist. litt. Gr. II, 1 p. 532.

διὰ τὴν μεταβολήν] De *mutationis* musicae natura et generibus in diversas partes veterum abierunt sententiae, id quod propriam huius vocabuli notionem reputanti, quae aeque varia est et multiplex ac in Germanica voce *uebergang*, haud mirum videbitur. Cf. Trinkler. Harm. p. 31, Bojesenum in programmatis academiae Soranae Havniae 1846 editi ea parte, cui inscribitur: quaeritur quid de metabole et melopoeia docuerint Graecorum harmonici, p. 35 sqq. Hoc in loco intelligenda est mutatio sive *metabole κατὰ τόνον*, quam Euclid. p. 20 fieri docet *ὅταν ἐκ δωρίου εἰς φρύγια ἢ καὶ ἐκ φρυγίων εἰς λύδια ἢ ὑπερμιξολύδια, ἢ καθόλου, ὅταν ἔκ τινος τῶν δεκατριῶν τόνων εἴς τινα τῶν λοιπῶν μεταβολὴ γίνηται.* Cf. Phryn. praep. sophist. v. *ἁρμογή* in Bekk. Anecd. p. 15: *ἡ μὲν μεταβολή ἐστιν ἐξ ὁμοίου τόνου εἰς ἀνόμοιον μετάβασις. οἷον εἴ τις ἐν ἑνὶ ποιήματι ἢ κρούματι τὴν μελοποιίαν* (*μελῳδίαν* emendavit Bellerm. in Anon. p. 30) *τυχὸν Δώριον οὖσαν Ὑποδώριον ποιεῖ, μιγνὺς τῇ Δωρίῳ τὴν Ὑποδώριον.* Hanc metabolen *κατὰ τόνον* praeterea Stesichorus et Pindarus, imprimis autem dithyrambici adhibuerunt, cf. Dionys. Halic. de C. V. 24, Aristot. Pol. VIII, 7.

Κλονᾶς εὑρετὴς ἀναγέγραπται] Cf. c. IV in. Metabole toni adhiberi non potuit, nisi provectiore artis auleticae statu, cuius auctorem et propagatorem per Graeciam Clonam ferebant.

Cap. IX.

ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάστασις] Si quae de *primo musicae apud Spartanos statu* passim Plutarchus aliique tradiderunt, in unum colliguntur, videmus constitutam esse eius aetate citharoedicam artem, collectos esse nomos citharoedicos, excultam esse harmoniam Doriensem, quaedam denique novata esse in ipsa citharae forma. Nam quod ad Doriensem attinet harmoniam, parum probabilem videri Muelleri sententiam Dorr. II p. 310 quam suam fecit Ulric. p. 7, referentis eam ante Terpandri aetatem, recte ostendit Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 321. Ars tibiis cantandi vel succinendi, non prorsus quidem ignota erat, sed parum usitata. Contra hoc proprium est *secundae musicae aetatis* praevaluisse tibinam artem eamque receptam esse in cultum Apollinis, neglecta adeo arte citharoedica. Itaque si prima aetate clari Spartanorum musici veterem Thraciae musicam continuasse et excoluisse videntur, contra Asianum musicae genus ex Creta insula acceptum pressit secunda aetas. Lacedaemone hoc musicae genus ad alias translatum est urbes, sed apud Arcades tantum et Boeotos altiores egit radices, quibus per Bacchica sacra fortasse iam ante probatum erat. Praeterea huius secundae aetatis proprium est genus enharmonium, quod chromate ex industria neglecto, paene unum in usu fuit. Prisca nomorum forma servata est, sed novum accessit hyporchema, quod prima dithyrambi semina continebat. Et cum Dorienses, imprimis Spartani, in hoc musicae perfectionis gradu tamquam absoluto constitisse videantur quoad Spartanorum viguit disciplina, cf. Mueller. Dorr. II p. 315 sqq., quid mirum, si quaecunque et Athenis dithyrambici poetae, et Thebis tibicines postea novarant in rebus musicis, ipsis contemtui essent, omnisoque ea dithyrambi forma, qualem Atticorum excogitavit ingenium, displiceret Doriensibus in Peloponneso, quippe contentis simpliciore hyporchemate?

τῆς δευτέρας δὲ Θαλήτας] Credibile, immo propter finem capitis sequentis certum videtur Plutarchum hoc in loco recensuisse musicos ex temporum ordine, v. Hoeck. Creta III p. 378, Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 324. Nam vanas esse, si quae propter Xenocritum huius rei moveantur dubitationes, mox ostendam.

ἡγεμόνες γενέσθαι] Ad singulos viros quod attinet, de Polymnesto supra dictum est, de Thaleta infra dicetur. De *Xenodama* Cythereo nihil memoriae mandatum est, nisi quod Athen. I p. 15 D eum principem ait *τοῦ ὑπορχηματικοῦ τρόπου* fuisse. De *Xenocrito* Locro nonnulla congessit Boeckhius Explicc. Pind. p. 197. Ac primum quidem Heraclides Polit. fr. 29 eum caecum fuisse natum ait. Auctor Scholii Pind. Ol. XI, 17 eum Locricam harmoniam excoluisse refert profectus a Callimachi verbis, qui in fragmento ibidem servato Xenocriti *Ἰταλὴν ἁρμονίαν* laudaverat. Contra Heraclides apud Athen. XIV

p. 625: *δεῖ δὲ τὴν ἁρμονίαν εἶδος ἔχειν ἤθους ἢ πάθους· καθάπερ ἡ Λοκριστί. ταύτῃ γὰρ ἔνιοι τῶν γενομένων κατὰ Σιμωνίδην καὶ Πίνδαρον ἐχρήσαντό ποτε καὶ πάλιν κατεφρονήθη.* Locricam hanc harmoniam eandem fuisse quam Hypodoriam mera est Boeckhii coniectura de Metr. Pind. p. 212. At quae de Locricis cantilenis (*Λοκρικὰ ᾄσματα*) apud veteres traduntur cum Heraclidis verbis coniuncta, eo potius animum inducunt, ut Locricam harmoniam non tam tonum aliquem, quam peculiare quoddam compositionis genus fuisse censeam. Itaque hoc, quod Locricae inventor fertur Xenocritus, cave eo valere credas, ut Xenocritum aut Sacadae aequalem fuisse aut aetate a Sacada superatum fuisse statuamus, quippe cui tres tantum toni supra nominati noti fuerint, id quod Ulricius fecit p. 223, cum etiam hoc inde colligi possit Locricam harmoniam non ita appellatam fuisse ac Doriam, Lydiam, Phrygiam. De *Sacada* denique *Argivo* praeter Plutarchum Pausanias quoque aliquot locis rettulit. Quorum unum supra attuli inter ea quae in c. VIII notavi. Secundum II, 22, 9 Sacadas primus tibinam musicam Delphis induxit in sacris Apollinis, et odium dei placavit, quo hanc musicam persecutus est. Sacadae cantilenae (*μέλη*) vel tertio bello Messeniaco canebantur, IV, 27, 4. Eius statua post Pindari aetatem facta posita erat in Helicone IX, 30, 2. Aliud monumentum Argos servabat II, 22, 9. Sacadae aliquid commercii cum fidibus fuisse unicum in eo superest vestigium, quod Hesychius *Σακάδιον* commemorat, instrumentum tensibile, quod eius nomen gestavit. Illud autem nescimus, num hi omnes, qui secundum musicae statum constituisse dicuntur, excepto Thaleta re vera Spartae adfuerint, et quaenam singulorum fuerint partes in ordinandis Gymnopaediis. Ac ne quis Sacadam miretur tibicinem Argivum, tenendum est Olympi artem per Hieracem Argos delatam videri, de quo Poll. IV, 79: *ὁ δὲ Ἱέραξ νέος μὲν ἐτελεύτα. Ὀλύμπου δ' ἦν οἰκέτης καὶ μαθητὴς καὶ ἐρώμενος.* In Anthesphoriorum autem festo apud Argivos in Iunonis honorem celebrato *μέλος Ἱεράκιον* tibiis canebatur. Eiusdem *ἐνδρομήν* in Stheniorum festo Plutarchus infra commemorat, c. XXVI.

περὶ τὰς γυμνοπαιδίας] Gymnopaediarum festum, in quo nudorum puerorum chori memoriam eorum celebrabant, qui fortiter in pugna occubuerant, antiquissimum erat apud Spartanos, Apollinis Dromaei, ut videtur, in honorem institutum; v. Paus. III, 11, 7. Suid. s. v. et quae hoc in loco congessit Bernhardyus. Eas antiquiores fuisse Thaleta Creuzerus ostendit Comment. Herod. I p. 230, coll. Manso Spart. I, 2 p. 210. Primus autem Thaletas eas coniunxit cum hyporchematis et hyporchemata saltandi arte, cuius rei notio praeter Plutarchum etiam ad alios pervenit, velut Athenaeum XIV p. 631. XV p. 678, quo loco Thaletae sive carmina sive cantilenae in gymnopaediis commemorantur, cf. Suid. s. v. *Θαλήτας*. Creticam earum instaurationem post Ephorum apud Strab. X p. 738 Hoeckius illustravit

Creta III, 381. 384. Per varias occasiones posteriore quoque tempore in gymnopaediarum solemnibus aliquid novatum videtur, veluti post pugnam apud Thyream factam Ol. LVIII, Suid. l. l., Mueller Dorr. II, 315, post pugnam apud Thermopylas, Etym. M. s. v.

ἀποδείξεις τὰς ἐν Ἀρκαδίᾳ] Intelligendum est *ἀποδείξεις* vocabulum in universum de ludis scenicis, de chori aliqua repraesentatione, non de singulari quodam festo. De Arcadum studio circa res musicas v. Polyb. IV, 20. 21. quem sequitur Athen. XIV p. 626, coll. Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 305.

τὰ ἐνδυμάτια] Putant viri docti Endymatia fuisse festum, quo Iunonis statua novis vestibus ornata fuerit. Quid si de pompa aliqua cogites, in qua personati actores vestimenta mutaverant, quasi Germanice dixeris: ein maskirter, verkleideter aufzug? Veteres, quantum scio, ea de re nihil tradiderunt. Etiam in aliis Doriensium urbibus proprio quodam saltationis genere cum tibiarum cantu deorum sacra celebrata sunt. Certe de Syracusanis testis est Athen. XIV p. 629 E: *παρὰ δὲ Συρακουσίοις καὶ χιτωνίας Ἀρτέμιδος ὄρχησίς τις ἐστιν ἴδιος καὶ αὔλησις.*

καὶ Ξενόκριτον] Ut in scholiis Pindari, apud Plutarchum quoque fluctuant codices inter Xenocritum hoc in loco, et Xenocratem in sequenti capite. Xenocratem poetam ex Aristoxeno Diog. Laert. IV, 2. 13 commemoravit, unde parum proficimus. Eadem dubitatio cum etiam in aliis viris eiusdem nominis redeat, Xenocratem statuarium apud Diog. l. l. non differre statuo a Xenocrito Pausaniae IX, 14, 4.

οἱ δὲ περὶ Σακάδαν ἐλεγείων] Elegiae fuisse possunt Sacadae *μέλη* de quibus Pausan. IV, 27, 4 rettulit, non vero eiusdem *Ἰλίου πέρσις*, quae nomina Achivorum recensebat, qui cum Ulyxe equum ligneum intrassent, apud Athen. XIII, 610 C, quamquam hoc in loco Sacadae nomen incertum est.

ὁ δὲ παιὰν ὅτι διαφορὰν ἔχει πρὸς τὰ ὑπορχήματα] Quid intersit inter Paeanem et Hyporchema secundum veteres exposuit Boeckh. de Metr. Pind. p. 202, accuratius Bernhardy Hist. litt. Gr. II, 1 p. 356 sqq. Itaque poeticum utriusque argumentum prope idem fuisse videtur. At praevaluit in hyporchemate saltatio coniuncta cum actione mimica. Praeterea hyporchemati etiam carmina singularia fuisse videntur, h. e. a singulis recitanda sine chori concentu, ut omnino medium quoddam teneret inter orchesticam artem et poesin, ut utrique suo quodam iure adnumerari posset, secundum Plut. Quaestt. Conviv. IX, 15 p. 748. Praeter tibias hyporchemati etiam lyra succinebant et cithara, si quidem fides habenda Luciano de salt. c. 16. Obiter monendum est, multos fuisse scriptores, qui paeanis vocabulum non de certo quodam poetico genere, sed de qualicunque fere carmine usurparent, cuius rei testis est Schol. Arist. p. 215 C: *οὐ μόνον ὁ ἐπὶ ἀφέσει λοιμοῦ ᾀδόμενος πρὸς Ἀπόλλωνα ὕμνος παιὰν*

λέγεται. ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς πᾶς ὁ πρὸς θεοὺς ὕμνος καὶ ὁ πρὸς ἀνθρώπους· τινὲς δὲ καὶ ᾆσμα πολεμικὸν — φασὶ τὸν παιᾶνα νοεῖσθαι.

γέγραφε γάρ] V. Bergkii Poett. Lyr. Paeanum Pindaricorum fragmenta p. 221—225, Hyporchematum p. 237—243.

Cap. X.

εἰ δὲ τῷ Ὀρθίῳ νόμῳ] Ita scripsi e coniectura, sublato praeterea δ' post ἔχομεν pro vulgato: ἐν δὲ τῷ ὀρθίῳ νόμῳ τῇ μελοποιίᾳ κέχρηται. καθάπερ οἱ ἁρμονικοί φασιν. οὐκ ἔχομεν δ' ἀκριβῶς εἰπεῖν· οὐ γὰρ εἰρήκασιν οἱ ἀρχαῖοί τι περὶ τούτου. quod ineptum. Nam in unaquaque compositione musica etiam melopoeiam adhibendam esse ita apertum est, ut neque testimonio neque dubitatione egeat. Fluxisse haec videntur ex Aristoxeno, qui saepe harmonicos citavit scriptores.

περὶ Θαλήτα δὲ τοῦ Κρητός] *Thales* sive *Thaletas* (nam formae Θάλης (non Θαλῆς), -ητος, -ητι, -ητα aeque bonae ac antiquae sunt quam Θαλήτας. Θαλήτου Ath. XV p. 678 C, Θαλήτᾳ, Θαλήταν, v. locos apud Hoeckium congestos, Creta III p. 339) secundum gravissima testimonia Plutarchi et Polymnesti apud Paus. I, 14, 3 Gortynius erat, secundum Suidam s. v. Elyrius vel Cnosius. Postremum falsum videtur, nam sacris Apollinis, quibuscum arte coniuncta est Thaletae persona, clarae erant Gortyn et Elyrus, non vero Cnossus. Hanc igitur urbem nominavisse puto lexicographum mutatis inter se Thaleta et Epimenide. De Thaletae aetate nihil caussae est, cur a Glauci testimonio recedamus, secundum quod vigebat inter annos 647 et 586 a. Chr., Spartae versatus circa annum 620, Ol. XL. Cf. Hoeck. l. l. p. 341, Mueller. Dorr. II, 322, Litzinger, de Thaleta p. 8. Cum Glauci testimonio convenit etiam ordo, quo Thaletas post Terpandrum nominatur apud Ael. V. H. XII, 50. Sane fabulosa commenta et Euhemeri sectatores eum Lycurgi faciunt aequalem, qui eum in Creta insula adiisset et Spartam deduxisset, velut Ephorus apud Strab. X p. 482 (quem secuti sunt Sext. Empir. adv. Math. II, 21, Plut. vit. Lyc. c. 4), Aristot. Pol. II, 10 nec non Suid. s. v. et Diog. Laert. I, 38, qui eum vel Homerum superasse aetate contendunt, quod aeque ineptum est, ac si quis Numam regem inter Pythagorae discipulos referat. Contra neque ii defuisse videntur, qui Thaletam multo recentiori aetati adscripserint, quippe cum Onomacritum Locrensem inter eius amicos referrent, quos vituperat Arist. Pol. II, 12 p. 1274, 25 a. Sed ex hac ipsa temporum discrepantia duo colligi possunt: primum Thaletam certe antiquissimum fuisse; deinde, idque multo gravius est, non absonum visum esse Graecis, ut ad tam remotam aetatem poetam lyricum referrent sine munere sacerdotis, v. Ulric. p. 7. 213. Neque magis quam de aetate, de rebus a Thaleta gestis fama con-

stitit, id quod probant Philodemi verba de mus. col. XVIII. Nam quaecunque in eius nomen cumulata invenies. Itaque Ephorus apud Strab. X p. 736 auctor est fere omnia carmina Cretensia ei adscripta fuisse. Et quemadmodum Terpandrum tenebat fama Lacedaemoniorum leges modis musicis circumdedisse, similia de Thaleta quoque narrata videntur, quippe qui Straboni X, 733 νομοθετικὸς ἀνήρ audiat, de quo Hoeckium adeas l. l. p. 365. Quae cum ita sint, perquam difficile est et lubricum, si quis pugnantia veterum figmenta secutus Thaletae laudes singillatim persequi velit, de quo rectissime contra Ulricium et O. Muellerum Bernhardyus dixit Hist. litt. Gr. II, 1 p. 529.

εἰ παιάνων γεγένηται ποιητὴς ἀμφισβητεῖται] Huius dubitationis duplex caussa fuisse potest. Aut enim profecta est ex accurata cognitione discriminis, quod inter paeanem intercedit et hyporchema. Nam finge tibi, id quod verisimile est, Glauci vel Aristoxeni aetate, carminum Thaletae verba tantum, superfuisse, deperiisse modos musicos, ex solis verbis, secundum ea quae paullo ante exposui, non diiudicari potuisse concedes, utrum paeanis essent verba an hyporchematis. Creticus enim rhythmus etsi magis hyporchematis esse videbatur, quid si non ubique aequabili modo adhibitus erat? Fortasse vero modo illud dubium erat, quo iure carmina, quae Thaletae nomen illa aetate prae se ferebant, ipsi adscriberentur. Ceterum Thaletam paeanum auctorem praeter Plutarchum etiam Ephorus novit apud Strab. X p. 736 et Porphyr. vit. Pyth. p. 37.

τὰ Ἀρχιλόχου μέλη] Quod si Thaletas Archilochi cantilenas vel carmina imitatus esse dicitur, hoc fortasse intelligendum est de maiore quadam rhythmorum varietate ab eo adhibita, quam certe e poesi epica desumere non potuit, v. Hoeck. l. l. p. 356. Sed quid hoc est μέλη ἐπὶ τὸ μακρότερον ἐκτεῖναι? Num μέτρα? Sane cum de novis rhythmis Paeonio et Cretico sermo fiat, hoc non absonum est.

καὶ Παίωνα] Libri habent καὶ Μάρωνα. Sed hic rhythmus non extat, et si extaret, iustae nominis rationes reddi non possent. Itaque Burettus coniecit καὶ Μαρωνέα. Maroneum rhythmum, quasi denominatum a Maronea vinosa Thraciae urbe. Quem Boeckh. de Metr. Pind. p. 156 ita secutus est, ut Maroneo rhythmo rhythmum Ionicum a maiore significari censeret ita nominatum, quia clarissimus huius generis versus Sotadeus, Sotades autem Maroneus fuisset. Sed obstat ea ratio, qua in universum Graecorum rhythmi temporum decursu lente se excipiebant, quominus tam artificiosum rhythmum Thaletae tribuamus. Immo post Creticum rhythmum, propter summam utriusque affinitatem, Paeonium expectamus. *Παίωνα* autem primus proposuit Santen. in Ter. Maur. p. 99, postea Mueller. Dorr. I p. 352 et Ritschelius in Mus. Rhen. Nov. I p. 284, cuius argumentationem supra scripsi.

ἐκ γὰρ τῆς Ὀλύμπου αὐλήσεως] Haec verba non eo valent,

ut Olympum Creticum rhythmum et Paeonium invenisse credamus, sed illud potius indicatur artiorem quandam intercedere necessitudinem inter Cretensem musicam et auleticam Phrygiam, quod secus erat in musica Terpandri: apud Archilochum, qui omnino magis poetica laude florebat quam musica, certe minus quam apud Thaletam. Ita recte Hoeckius l. l. p. 361. Sed cur vir doctus haec verba de maiore Olympo accipienda esse contenderit, equidem non intellego.

πράγματα ἐχουσῶν] Quae vulgo ita leguntur: *ἡρωικῶν γὰρ ὑποθέσεων πράγματα ἐχουσῶν ποιητὴν γεγονέναι φασὶν αὐτόν* bono sensu carent. Itaque Burettus (T. X p. 308) *φρυάγματα* proposuit pro *πράγματα*, ut hic esset sensus: dicitur argumenta heroica tractavisse in carminibus et inflata quidem ac tumida ratione. Cui tamen coniecturae adversari videtur propria vocabuli *φρύαγμα* significatio, quod de equi alacris hinnitu usurpant Aesch. Sept. 230. 460. Soph. El. 717. Xen. eq. 11, 12, de liberis propter parentum nobilitatem gloriantibus Plut. puer. ed. c. 2, cf. Wyttenb. ad h. l. p. 70. Sane Procl. c. 16: *ἤδετο δὲ ἰόβακχος ἐν ἑορταῖς καὶ θυσίαις Διονύσου, βεβαπτισμένος πολλῷ φρυάγματι.* Quae Geppertus de theatr. Graec. p. 30 n. 5 de Plutarchi loco disputavit, vana sunt et obscura. Plutarchus autem cum probare velit lectoribus, etiam Xenocriti carmina pro Hyporchematis potius habenda esse, quam pro Paeanibus, cui rei nihil magis aptum fuit, quam ut mimica quaedam actio iis inesse ostenderetur, fortasse *δράματα* legendum est pro *πράγματα*. Ea vero carmina in quibus argumenta heroica dramatica quadam et lyrica forma tractabantur, facile pro dithyrambis haberi potuisse, admodum probabile videtur, cf. Ulric. p. 472 coll. Welckero in Jahnii Annall. 1829, I p. 166. Emendationem quominus in verborum contextum reciperem, non illud obfuit, quod nimis incerta videretur, sed quod Amyotus verba *πράγματα ἐχουσῶν* vertendo omisit. Itaque de interpolatione cogitavi eaque corrupta. Ceterum eidem vocabulo corruptelam subesse suspicor apud Dion. Chrys. or. IV, 52 in verbis Alexandri pueri: *τί γὰρ ἐμοὶ λοιπόν ἐστι κρατήσαντι Βαβυλῶνος καὶ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων καὶ τῶν ἐν Ἰνδοῖς πραγμάτων;* l. *Βραχμάνων*.

Cap. XI.

τοῦ ἐναρμονίου γένους εὑρετὴς γεγενῆσθαι] Vix puto in toto libello difficiliorem extare locum et magis intricatum, cui interpretes parum satisfecerunt. V. Burney Hist. of Music T. I p. 34 quocum Bellermannus consentit, Burettum T. XIX p. 274 sqq., Forkelium Hist. Mus. I p. 335, Trinklerum p. 17 sqq., qui rem optime illustravit. Adde quae ipse scripsi in Paedag. Revue 1856 m. Jul. p. 33 sqq. Locus aut foede corruptus est, aut Plutarchus Aristoxeni verba parum intellexit. Disputationis summa in eo versatur, quod Aristoxenus Olympum enharmonii

generis inventorem perhiberi censet propter *tropum spondiacum*. Cuius tropi proprium et peculiare in omissis quibusdam sonis cernebatur, sed aliter omissis ac in chromate. Nam in chromate manebant *φθόγγοι κινούμενοι*, etiamsi aliter temperati erant quam in diatono. Contra in spondiaco tropo alter, nisi fallor, sonorum diatoni mobilium prorsus e medio tollebatur. Quo factum est ut conveniret aliquid inter spondiacum tropum et enharmoniam tetrachordi divisionem, nempe intervallum incompositum ditoni. Ergo non absonum fuit huius generis inventionem Olympo tribuere.

τὸ ἐκ τῆς ἀναλογίας συνεστηκὸς σύστημα] Quale hoc systema fuerit, non assequor. Nam si ad unius tetrachordi, in quo lichanos omittebatur, analogiam totum composuit systema, sine dubio paranetam omittebat in sequente tetrachordo. At in c. XIX legitur tritas et netas, non paranetas, omissas fuisse in spondiaco tropo. Quae si recta sunt, equidem analogiam systematis desidero.

τιθέασι γὰρ τούτων πρῶτον τὸν σπονδειασμόν] Ita scripsi e coniectura propter sequentia quae de *συντονωτέρῳ σπονδειασμῷ* agunt. Libri *σπονδεῖον*. At *Spondeus*, si musicam vocabuli notionem respicis, nihil aliud est nisi cantilenae quidam modus in libationibus usurpatus, cuius verba concepta erant metro spondiaco, Schol. Hephaest. p. 82, 4. Succinebat Spondaules tibiis longis. Cf. Mar. Victor. I p. 2487: 'spondeus — dictus a tractu cantus eius, qui per longas tibias in templis a supplicantibus editur. Unde et spondaulae qui huiusmodi tibias inflare assueverant, quorum *uterque quantum in arsi, tantum retinet in thesi.*' Itaque spondiacus cantus habebat elati aliquid ac lenti et severi ad similitudinem nostri cantus, qui choralis vocatur, in quo singulae uniuscuiusque metri partes fere semper totidem moras explent. Cf. Santen. Ter. Maur. p. 63. At quid huic cum enharmonia tetrachordi divisione? Quid sit *Spondiasmus* docet Arist. Quint. p. 28. Nempe praeter sex usitatiores tetrachordi divisiones (harmonia, syntonon sive toniaeum chroma, molle chroma, sesquialterum chroma, syntonum diatonum, molle diatonum), de quibus cf. Aristox. Harm. II p. 50. Euclid. p. 3. 9 sqq. rell., tres erant intervallorum affectiones sive *πάθη τῶν διαστημάτων* ita vocata *διὰ τὸ σπάνιον τῆς χρήσεως*, ab antiquis adhibita *πρὸς τὰς διαφορὰς τῶν ἁρμονιῶν*. nempe *eclysis* remissio per tres dieses incompositas, *spondiasmus* intensio per totidem, *ecbole* intensio per quinque dieses. Eclysin et ecbolen in enharmonio tantum genere locum habere, neque vulgatis unius tetrachordi mobilibus sonis effici posse, auctor est Bacch. Sen. p. 9. Num quae de spondiasmo valent etiam de *συντονωτέρῳ σπονδειασμῷ* valeant, nescio; quod moneo contra Trinklerum p. 19 huius difficultatis immemorem.

διάτονον εἶναι ἀπεικάσῃ] Sequentia ita constituit Burettus interposita virgula p. 288: *καὶ εἰ [μή] τις ἐν τῇ τοῦ τονιαίου* —

ἴδιον. δῆλον δ' ὅτι καὶ ψεῦδος. καὶ ἐκμελὲς θήσει ὁ τοιαῦτα τιθείς· ψεῦδος μὲν — κειμένον· ἐκμελὲς δέ, ὅτι συμβαίνοι ἂν δύο ἑξῆς τίθεσθαι δίτονα, τὸ μὲν ἀσύνθετον, τὸ δὲ σύνθετον. Quae quamvis probabilia, propter duriorem tamen syntaxin et quia non omnes expediunt molestias, recipere nolui.

τὸ γὰρ ἐν ταῖς μέσαις ἐναρμόνιον πυκνόν] Haec accipienda sunt de simplici tetrachordi divisione per enharmonicum genus, in qua mesam duae sequebantur dieses enharmonicae. Ceterum recte Burettus XIX p. 301: 'mais ce qu' ajoûte notre auteur n'est point assez exact, savoir, qu'on employe aujourd'huy l'enharmonique dense sur les mèses ou quatrièmes cordes. Car il est certain qu'on l'employoit de même sur l'hypate du premier ou plus bas tétracorde, c'est-à-dire entre l'hypate et la parhypate, entre celle-ci et le lichanos. Il faudroit donc lire dans le texte *τὸ γὰρ ἐν ταῖς ὑπάταις καὶ μέσαις ἐναρμόνιον πυκνόν*: et peutêtre Plutarque l'avoit-il écrit ainsi.' Idem valet de sequentibus Plutarchi verbis.

Cap. XII.

ἡ Τερπάνδρου καινοτομία] Aliis in locis Plutarchi vocabulum *καινοτομία* usurpatum est pro *καινότης*, hic autem novationem significat, ut in plurimis Platonis locis. *ῥυθμὸς καινοτομηθείς* extat apud Dioscor. A. P. VII, 707. Quae fuerit rhythmica Terpandri novatio, nescimus. At sine dubio is fuit Terpander, qui primos lyricos rhythmos induceret, ut assentiendum esset Ulricio p. 349, qui initia formationis carminum strophicae, quam perfectam norunt Alcman et Alcaeus, ut ipsi pro eius inventoribus haberi non possint, a Terpandro profecta esse censet, praesertim cum alium inventorem veteres neminem perhibeant: nisi prima strophicae formationis vestigia iam apud Homerum extarent in Catalogo et in Hesiodi Theogonia.

ᾧ καὶ ἐχρήσατο] Ita ex Wyttenbachii coniectura Duebnerus. Libri *καὶ ᾧ*. Sed *καὶ* abundat et fortasse ante *Πολύμνηστος* reponendum est. Wyttenbachio non integra videbatur oratio. Quid si Polymnesti nomen interpolatori debeatur? Amyotus vertit: 'car la première innovation de Terpander introduisit un beau moyen en la musique, duquel il usa lui mesme adherant à la belle forme: autant en fit Thaletas et Sacadas.'

καὶ Στησιχόρειος] *καὶ* interponendum esse iam Burettus vidit Valgulium secutus. Deinde *καὶ αὐταὶ* scripsi pro *καὶ αὗται*, ut paullo ante erat *καὶ αὐτὸς μέντοι ἐχόμενος τοῦ καλοῦ τύπου*. Alcmanis autem et Stesichori *καινοτομία* in eo cernebatur, quod strophas etiam in carminibus adhibebant chori usui destinatis, quas Aeolensium lyrici in singularibus tantum usurpaverunt carminibus. Minus huc faciunt, quae de Alcmane narrantur apud Himer. or. IV, 3: *Ἀλκμαίων δέ, ὁ τὴν Δώριον λύραν Λυδίοις κεράσας ᾄσμασιν*, de quibus Wernsdorfius p. 477: 'cum ait sophista doriam lyram modis Lydiis temperasse, i. e. severitate lyricorum carminum ad levia et amatoria argumenta abusum esse primum.'

Κρέξος δὲ καὶ Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος] Per hos viros transit Plutarchus ad novissimam musicae Graecae aetatem, in qua ad summum perfectionis gradum evecta, rursum fatiscere coepit. Incidunt in hanc aetatem et pari modo animum nostrum advertunt *Dithyrambici Attici* et *Tibicines Thebani*. Utrique musicam iam solutam artioribus vinculis earum artium, quibus ante adstricta fuerat, liberius vagari passi sunt, spretis scilicet antiquitatis moribus. Atticus enim dithyrambus in universum cum eo convenit musicae compositionis genere, quod a nobis Italo vocabulo opera vocatur, in quo musicam prae poesi praevalere omnes sciunt, multi, quemadmodum Athenis antiquitatis laudatores, aegre ferunt. Quod si singula quaerimus a Dithyrambicis novata, praeter huius libelli c. XXX locus classicus est apud Dionys. Halic. C. V. c. 19: *οἱ δέ γε διθυραμβοποιοὶ καὶ τοὺς τρόπους μετέβαλον, Δωρίους τε καὶ Φρυγίους καὶ Λυδίους ἐν τῷ αὐτῷ ᾄσματι ποιοῦντες. καὶ τὰς μελῳδίας ἐξήλλαττον, τότε μὲν ἐναρμονίους ποιοῦντες, τότε δὲ χρωματικάς, τότε δὲ διατόνους. καὶ τοῖς ῥυθμοῖς κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν, οἵ γε δὴ κατὰ Φιλόξενον καὶ Τιμόθεον καὶ Τελεστήν, ἐπεὶ παρά γε τοῖς ἀρχαίοις τεταγμένος ἦν ὁ διθύραμβος.* Tonorum vero mutatione saepius admissa hebetata est iudicii acies circa venustas cuiusque toni proprietates, unde factum est, ut unius constitueretur systema immutabile, eiusque variae adhiberentur transpositiones, de quibus supra dictum est ad c. VIII. Eadem porro aetate prae uno diatono harmonia et chroma magis magisque in desuetudinem abiisse videntur, ut mox nullum locum haberent, nisi in promiscuo illo sive communi genere, cuius Euclides iniecit mentionem. Huius autem Musicae Graecae mutationis prima fundamenta *Lasus Hermionensis* iecit Pindari aequalis. Primum novatorem secuti sunt alii Phrynis, Melanippides, Cinesias. Omnes superaverunt audacia Timotheus et Philoxenus. Ac de Timotheo quidem in superiore dixi annotatione. De Philoxeno Bernhardyum adiisse iuvat II, 1 p. 669 sqq. De *Crexo* nihil constat; praeter Plutarchum eius mentionem fecit Philodemus de musica.

νῦν ὀνομαζόμενον τρόπον] Postremum vocabulum addidi e coniectura praeeunte Scheibelio de Melanipp. II p. 18. Certe *ῥυθμόν* subintellegi non potest. Hunc errorem alio auxit Burettus, qui vocabula *φιλάνθρωπον καὶ θεματικόν* de rhythmo Ionico accipiebat, quem *φιλάνθρωπον* vocatum fuisse sibi persuasit, quod placidus esset et iucundus, alienus a severitate antiquorum numerorum: *θεματικόν* autem quia musica, cuius in ludis publicis praemia (*θέματα*) proposita essent, ex Ionio genere fuisset. In quo illud tantum recte se habet *φιλάνθρωπον* placidum significare et amoenum, cuius significationis tam apud Plutarchum quam alios scriptores obviae unum licet exemplum pro-

ponere idque ad rem musicam pertinens ex Themist. or. XXXIII p. 364, c: *Ἀριστόξενος — εἰ μὴ ὑπέσχοι ἅμα τοῖς τε νόμοις τῆς τέχνης ἐμμένειν καὶ τοῖς πολλοῖς ᾄδειν κεχαρισμένα, τὴν τέχνην εἵλετο ἀντὶ τῆς φιλανθρωπίας.* De vocabulo *θεματικός* haud displicet Ulricii sententia Hist. poes. lyr. II p. 597, qui intellegi voluit de cantu per intervalla, quibus interpositae erant assae tibiae, ita procedente, ut quotiens nova cantilenae pars inciperet, mutaretur rhythmus et harmonia, germanice: vom absetzen und wiedereinsetzen des gesanges nach dem zwischenspiel der instrumente, so dass mit jedem neuen einsatz ein neuer rhythmus und gewiss auch eine neue harmonie der tonart eintrat. Quod si hoc rectum est, ambo vocabula nihil aliud significant quam communem dithyrambicorum usum in musica compositione, qui antiquum usum et simplicem prorsus evertebat.

Cap. XIII.

χειρουργικῷ μέρει τῆς μουσικῆς] In universum quidem *χειρουργικὸν μέρος* cum ea musicae parte convenit, quam practicam dicimus, sed ex veterum disciplina cum practicae musicae secunda parte, cum *ἐξαγγελτικῷ*, quod etiam *ὀργανικόν* comprehendebat, h. e. doctrinam de auloedica arte et citharoedica. Cf. de divisione musicae disciplinae Rossbachii Rhythm. p. 5.

Cap. XIV.

Ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν ὕμνων] Alcaeus in hymno in Apollinem scripto, cuius notitiam Himer. or. XIV, 10 servavit coll. Paus. X, 8, 10. V. Wernsdorf. Him. p. 623, Bergk. Poett. lyrr. p. 569.

ἐκ τῶν χορῶν καὶ τῶν θυσιῶν] Tamen sacra Apollinis tibiarum usum omnino aspernata sunt, ut prima tantum pythiade in agonibus adhibitae iam secunda neglectae iacerent, v. Paus. X, 7, 5. In Delo insula ad Cretae exemplum tibia vel antiquissimis temporibus in cultum huius dei recepta videtur. De puerorum choris, qui in sacris Deliacis tibiarum citharaeque concentu Hyporchemata saltabant, loquitur Luc. salt. c. 16. Tamen notandum est auctorem hymni Homerici in Apollinem usum tibiae in sacris Deliacis etiamtum ignorasse.

ἡ ἐν Δήλῳ τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ ἀφίδρυσις] Fallitur Plutarchus cum Anticle et Istro de statuae aetate, quae ultra Ol. LV non recedit. Nam confecta erat a Tectaeo et Angelione, ex Sylburgii coniectura Dipoeni Scyllidisque discipulis, v. Paus. II, 32, 5. IX, 35, 3 coll. Hoeck. Creta III p. 385. De statuae significatione nec non de Gratiis Musarum loco Deabus musicis v. K. Schwenckium Mus. Rhen. Nov. I p. 638 contra Creuzerum (zur gemmenkunde p. 112; ueber die karlsruher vasen p. 61). Gratiae enim pro primaria et vera ipsarum natura alias quoque musicae et canendi deae habentur, velut in Pind. Ol.

XIV. Theogn. v. 15. Gratiarum solemnia Orchomeni celebrata a priscis inde temporibus cum certamine musico coniuncta erant, v. O. Mueller. Orchom. (ed. Schndwn) p. 172, coll. inscriptt. apud Boeckh. Oecon. publ. Athen. II p. 359 sqq., C. I. n. 1583. 1584.

Ἀντικλῆς καὶ Ἴστρος] Istri Epiphanias sive de apparitionibus deorum praeterea commemoraverunt Harpocr. v. *Φαρμακός*. Phot. v. *τριττύαν*. cf. Voss. Hist. Gr. p. 145 Westerm. C. Mueller. Hist. Fr. I, 422. 33. Iovis Epiphaniam scripserat Phylarchus ibid. I p. XXIX. De Anticle autem cum taceant auctores, recte Vales. in Harpocr. p. 134. 111 et Burettus statuisse videntur eundem esse Anticlidem historicum, quem similes scripsisse libros constat, et cuius mythologicum aliquod placitum Plutarchus impugnat de Is. et Os. c. 37. Nam *Ἀντικλῆς* est *Ἀντικλείδης*, quemadmodum *Μεγακλῆς* est *Μεγακλείδης* (Bernhardy Hist. Litt. Gr. II, 1 p. 260), et similiter *Φίλων Φιλωνίδης*, *Ἐξήκεστος Ἐξηκεστίδης*, *Πρωταγόρας Πρωταγορίδης*. Omnino plurima nomina propria in *κλῆς* habent formam paraschematistam in *κλείδης*, cuius rei Papius congessit exempla in praef. Onomast. Gr. p. 20, etiamsi non ubivis demonstrari potest sub utraque forma eundem latere virum. Duplicis autem nominum propriorum formationis neque in scriptoribus post Alexandri Magni aetatem desunt exempla, v. Lobeck. Pathol. p. 204, et Plutarchus hac in re pendet a fontibus, sibique ipsi non constat. Fabulam quae Thymbrae accidit in templo Apollinis ex Anticlide protulit Schol. Il. *Η* 44; similem Schol. Od. *π* 471, libro tamen non nominato.

τῶν καθ᾽ Ἡρακλέα [Μερόπων]: De Meropibus, priscis Cois insulae incolis, quibus bellum Hercules intulit, Plutarchus ipse quaedam narravit Quaestt. Gr. 58. Meropis antiquum insulae nomen erat secundum Eponymum terra genitum, Steph. Byz. v. *Κῶς* et *Μέροψ*. Suid. v. *Κῶς*. Paus. VI, 14, 12. Diod. XIII, 42, Strab. XV p. 686. 701. Meropem Hyantis filium, *ὃς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν πρῶτος συνῴκισε τοὺς ἀνθρώπους*, unde *μερόπων* nomen tulissent, novit Schol. Il. *Α* 250. Ceterum cum neque Amyotus, neque Valgulius, de quo Burettus dixit, vocabulum *Μερόπων* in suis exemplaribus legisse videantur, ego uncinis inclusi tamquam interpolatum.

τῷ κατακομίζοντι παιδί] Narrat Aelianus V. H. III, 1 Delphicos nono quoque anno aliquot iuvenes nobili loco natos Tempe misisse, viam praeeunte *ἀρχιθεώρῳ*. Qui ubi in valle advenerunt, splendidum Deo sacrificium obtulerunt, quo exacto lauro dei coronati Delphos redierunt. Tempica laurus victoribus in certamine Pythico praemio erat, v. Schol. Pind. Pyth. p. 298, ubi moris origo ab ipso Apolline repetitur. Hanc pompam in animo habuisse Plutarchum probabile est.

τὰ ἐξ Ὑπερβορέων ἱερά] Fabulae de Hyperboreis, quorum primus Hesiodus fecit mentionem, admodum recentes sunt. Ego cum Niebuhrio Hyperboreos Pelasgos esse censeo in Italia, at-

que fabulam de migratione sacrorum Hyperboreorum in insulam Delum, v. Herod. IV, 33. Paus. I, 31, de antiquissima coniunctione inter Pelasgicas et Graecas relligiones accipio. Conferantur quae supra de Olene dixi ad c. III.

Cap. XV.

εἰς τὰ θέατρα εἰσάγουσι] Huc pertinent e c. XXVII: *ἐπὶ μέντοι τῶν καθ᾿ ἡμᾶς χρόνων τοσοῦτον ἐπιδέδωκε τὸ τῆς διαφθορᾶς εἶδος, ὥστε τοῦ μὲν παιδευτικοῦ τρόπου μηδεμίαν μνείαν μηδ᾿ ἀντίληψιν εἶναι, πάντας δὲ τοὺς μουσικῆς ἁπτομένους πρὸς τὴν θεατρικὴν προσκεχωρηκέναι μοῦσαν.* Cf. Quaestt. Conviv. IX p. 1332. His querelis de theatri licentia Plutarchus imitatus est Aristoxenum, cuius apud Athen. XIV p. 632 B haec sunt verba: *οὕτω δὴ οὖν καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὴ καὶ τὰ θέατρα ἐκβεβαρβάρωται, καὶ εἰς μεγάλην διαφθορὰν προελήλυθεν ἡ πάνδημος αὕτη μουσική, καθ᾿ αὑτοὺς γενόμενοι ὀλίγοι ἀναμιμνησκόμεθα, οἵα ἦν ἡ μουσική.* Etiam Athenaeus depravatam musicae conditionem suae aetatis deplorat una cum effrenata vestium et calceamentorum luxuria I p. 18 E. XIV p. 631, F. Iam unice plausum theatrorum expeti pro summo artis fine, eamque depravationem tolli non posse, nisi ad antiquae musicae simplicitatem redeatur, ib. p. 633, C. Etiam Alexandrini, quorum circa musicam studia laudibus ornavit Athen. IV p. 174 B. p. 176 E, depravata et languida musica gaudebant teste Dione Chrys. or. XXXII. Tarsenses quoque mollem et delicatulam barbarorum musicam magis coluisse quam Graecorum bonam et nobilem, idem auctor est or. XXXIII, 42: *ὥσπερ Ἰωνική τις ἐκράτησεν ἁρμονία καὶ Δώριος καὶ Φρύγιος ἄλλη καὶ Λύδιος· οὕτω νῦν ἡ τῶν Ἀραδίων κρατεῖ μουσικὴ καὶ τὰ Φοινίκων ὑμῖν κρούματα ἀρέσκει, καὶ τὸν ῥυθμὸν τοῦτον ἐξαιρέτως ἠγαπήκατε, ὥσπερ ἕτεροι τὸν σπονδεῖον.* Lyra et tibia contemtui erant tamquam *ἀρχαῖα καὶ σκληρὰ ἔτι καὶ ἀγροίκου τινὸς μουσικῆς ὄργανα.* De novissima musicae Atheniensis aetate notabilis est locus apud Philostr. v. Apoll. Tyan. IV, 21: *ἐπιπλῆξαι δὲ λέγεται (Ἀπολλώνιος) περὶ Διονυσίων Ἀθηναίοις, ἃ ποιεῖταί σφισιν ἐν ὥρᾳ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος. ὁ μὲν γὰρ μονῳδίας ἀκροασομένους καὶ μελοποιίας, παραβάσεών τε καὶ ῥυθμῶν, ὁπόσοι κωμῳδίας τε καὶ τραγῳδίας εἰσίν, ἐς τὸ θέατρον ξυμφοιτᾶν ᾤετο, ἐπεὶ δ᾿ ἤκουσεν, ὅτι αὐλοῦ ὑποσημήναντος λυγισμοὺς ὀρχοῦνται καὶ μεταξὺ τῆς Ὀρφέως ἐποποιίας τε καὶ θεολογίας τὰ μὲν ὡς Ὧραι, τὰ δ᾿ ὡς Νύμφαι, τὰ δ᾿ ὡς Βάκχαι πράττουσιν, ἐς ἐπίπληξιν τούτου κατέστη κτλ.*, quo in loco falsi sunt interpretes vertendo: 'tibia succinente eos flexuosas choreas ducere', nam *λυγισμοὺς* pertinet ad *αὐλοῦ ὑποσημήναντος*, ut vertendum sit: cum audiret eos saltare tibia flexuosos modos succinente.

Postremo cum theatrorum musica adeo praevaluisset, ut reliqua musicae genera prorsus inculta iacerent, factum est, ut

Byzantii profana musica tota contemneretur, tamquam inhonestae et parum decorae infimae plebis deliciae. Hoc severum ecclesiae fuit iudicium. Itaque Leo imperator vetuit, ne in dominicis diebus musica a quopiam exerceretur. Tanta erat temporum in Graecia mutatio. Musicae prorsus neglectae unici patroni erant ioculatores, sive graeco nomine *θυμελικοί*, vile et contemtum hominum genus. Itaque clamant scriptores historiae Byzantinae deperiisse mores, quotiens imperatores musicam in aulam adeoque regia convivia asciverunt, v. Reiskium in Const. Cerimon. p. 363. Sed iam diu ante profana musica tam Christianis quam gentilibus offensui fuerat, de quo Iulianus testatur initio Misop: *ἀφαιρεῖται δὲ τὴν ἐν τοῖς μέλεσι μουσικὴν ὁ νῦν ἐπικρατῶν ἐν τοῖς ἐλευθέροις τῆς παιδείας τρόπος. αἰσχρὸν γὰρ εἶναι δοκεῖ νῦν μουσικὴν ἐπιτηδεύειν, ἢ πάλαι ποτὲ ἐδόκει τὸ πλουτεῖν ἀδίκως.* Sane vero Plutarchi verba non ita accipienda sunt, ac si severae et genuinae musicae studium oblivione prorsus obrutum fuisset, cuius certe vestigia quaedam usque ad Theodosii aetatem manserunt. Quo inter alia eiusdem Iuliani epistola LVI pertinet, ad Dioscorum scripta musicae scholae Alexandriae antistitem, in qua imperator se studium *ἱερᾶς μουσικῆς*, h. e. hymnos canendi et nomos in gentilium sacrificiis, praemiis prosecuturum esse pollicetur. Sunt tamen rarissima haec vestigia.

Πλάτων ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Πολιτείας] Locum Platonis dicit de Rep. III p. 398 sq., ubi haec leguntur: *τίνες οὖν θρηνώδεις ἁρμονίαι; — μιξολυδιστὶ καὶ συντονολυδιστὶ καὶ τοιαῦταί τινες. οὐκοῦν αὗται, ἦν δ᾿ ἐγώ, ἀφαιρετέαι· ἄχρηστοι γὰρ καὶ γυναιξὶν ἃς δεῖ ἐπιεικεῖς εἶναι, μὴ ὅτι ἀνδράσιν* et paullo infra: *τίνες οὖν μαλακαί τε καὶ συμποτικαὶ τῶν ἁρμονιῶν; ἰαστί, ἦ δ᾿ ὅς, καὶ λυδιστί, αἵτινες χαλαραὶ καλοῦνται. ταύταις οὖν, ὦ φίλε, ἐπὶ πολεμικῶν ἀνδρῶν ἔσθ᾿ ὅ τι χρήσει; οὐδαμῶς, ἔφη· ἀλλὰ κινδυνεύει σοι δωριστὶ λείπεσθαι καὶ φρυγιστί.* Cf. Lach. p. 188 D: *καὶ κομιδῇ μοι δοκεῖ μουσικὸς ὁ τοιοῦτος εἶναι, ἁρμονίαν καλλίστην ἡρμοσμένος οὐ λύραν οὐδὲ παιδιᾶς ὄργανα, ἀλλὰ τῷ ὄντι ζῆν ἡρμοσμένος αὐτὸς αὑτοῦ τὸν βίον σύμφωνον τοῖς λόγοις πρὸς τὰ ἔργα, ἀτεχνῶς δωριστὶ ἀλλ᾿ οὐκ ἰαστί, οἴομαι δὲ οὐδὲ φρυγιστὶ οὐδὲ λυδιστί, ἀλλ᾿ ἥπερ μόνη Ἑλληνική ἐστιν ἁρμονία.*

ἐπικήδειον αὐλῆσαι λυδιστί] Ex hoc loco profecisse videtur Clem. Alex. Strom. I p. 132, 42, ubi Olympus Lydiam harmoniam invenisse perhibetur.

Μελανιππίδην — ἐπ᾿ Ἀνθίππου] Nisi corruptum esset Melanippidis nomen, ex hoc uno loco satis probari posset, quaecunque nobis de vetere Graecorum musica tradita sint, incertissima esse. At mihi sub Melanippide iam hic *Anthippi* nomen latere videtur, quod certe in proximis restituendum erat praeeunte Bergkio in poetis lyricis ex Valgulii versione: 'In Paeanibus vero Pindarus, in nuptiis Niobes primum Anthippum docuisse Lydiam harmoniam canit.' (Cf. Poll. IV, 78: *σύντονος λυδιστί* (haec est ipsa Lydia harmonia), *ἣν Ἄνθιππος ἐξεῦρεν.*

Nam quae Ulricius protulit p. 592, fortasse Melanippidem necem Pythonis primum assis tibiis, Olympum contra in auloedia quadam composuisse, parum placent. Ceterum verba non ita interpretanda sunt, ac si Anthippus primum in Niobae nuptiis Lydiam harmoniam adhibuisset: immo *ἐπὶ τοῖς Νιόβης γάμοις* pertinet ad *ἐν παιᾶσιν*, et vertendum est: Pindarus (fr. 37. 38. Bergk. Poett. Lyrr. p. 224) in paeane quodam, in quo forte Niobae nuptias commemoravit, etiam Anthippi iniecit mentionem, tamquam Lydiae harmoniae inventoris.

ἄλλοι δὲ Τόρρηβον] De Torrhebo fabulosae aetatis musico Nicolai Damasceni extat testimonium apud Steph. Byz. s. v., ex G. Hermanni emendatione Opusc. II p. 290 ita legendum: *πλαζόμενος περί τινα λίμνην, ἥ τις ἀπ' αὐτοῦ Τορρηβία ἐκλήθη, φθογγῆς Νυμφῶν ἀκούσας, ἃς καὶ Μούσας Λυδοὶ καλοῦσι, καὶ μουσικὴν ἐδιδάχθη καὶ αὐτὸς τοὺς Λυδοὺς ἐδίδαξε. καὶ τὰ μέλη διὰ τοῦτο Τορρήβια ἐκαλεῖτο.* Scripturam nominis per geminatam litteram ρ ex Stephano recipiendam duxi.

Διονύσιος ὁ Ἴαμβος] Dionysius ὁ *ἐπικαλούμενος ἴαμβος* poeta (cf. Clem. Alex. Strom. V p. 673) et grammaticus *ἐν τῷ περὶ διαλέκτων* citatur apud Athen. VII, 7. De eius aetate unus testatur Suidas v. *Ἀριστοφάνης*, qui eum Aristophanis Byzantii praeceptorem fuisse ait circa Ol. CLX. Cf. Ions. Scriptt. hist. phil. III, 8 p. 251. Nauck. Arist. Byz. p. 2. Burettus: 'son talent pour les vers iambiques, et son humeur médisante lui avoient sans doute valu le surnom d'Iambe.'

Cap. XVI.

ἡ μιξολύδιος δὲ παθητική τίς ἐστι] Haud discrepat Arist. Pol. VIII, 7 qui mixolydiam tristitiae et moeroris desiderium excitare dicit.

ἐν δὲ τοῖς ἱστορικοῖς τῆς ἁρμονικῆς ὑπομνήμασι] Postremum vocabulum addidi ex Wyttenbachii coniectura.

Πυθοκλείδην τὸν αὐλητήν] De Pythoclide Ceo, qui a Platone Protag. p. 316 E egregius musicus laudatur, Schol. Plat. Alc. p. 118 C: *μουσικὸς ἦν, τῆς σεμνῆς μουσικῆς διδάσκαλος, καὶ Πυθαγόρειος, οὗ μαθητὴς Ἀγαθοκλῆς, οὗ Λαμπροκλῆς, οὗ Δάμων.* Vixit Athenis iam ante bellum Medicum, v. Schneidew. Eust. Prooem. Pind. p. 20. Secundum Aristotelem etiam Periclem musicam docuerat, Plut. Pericl. 4. Sed pro Mixolydiae inventore haberi non potest. Nam Plato inventorem harmoniae querulae ne feminis quidem aptae certe non laudibus extulisset. Accedit quod Mixolydiae inventio in cap. XXVIII Terpandro tribuitur.

Λαμπροκλέα τὸν Ἀθηναῖον] Plutarchi vel Lysidis verba de sono mixolydiae diazeuctico Bellermannus illustravit de diagrammate p. 12. *Lamprocles* Midonis filius, secundum Schol. Plat. modo laudatum, Agathoclis discipulus, Damonis praeceptor,

sine dubio is est, quem dithyrambicum laudavit Athen. XI p. 491 C. Eius hymnum in Palladem commemorant Schol. Arist. Nubb. v. 966. Cf. Bernhardy Hist. litt. Gr. II, 1 p. 561. Hunc ego Lamproclem vix differre statuam a Lampro musico Atheniensi Socratis aequali, Sophoclis in re musica magistro (Bergk. Comment. de rell. com. Att. p. 376), quem Plato haud magni aestimasse videtur secundum Menex. p. 236 A. Conferatur praeterea Ath. XI p. 506 F.

ἥπερ ἐναντία τῇ Μιξολυδιστί] *ἥπερ* scripsi pro *εἴπερ* ex Wyttenbachii coniectura. Male Burettus tentavit *εἴπερ ἐναντίαν τῇ Μιξολυδιστὶ καὶ παραπλησίαν οὖσαν τῇ Ἰάδι.* De re cf. Bellermann. l. l., qui remissam Lydiam eandem esse censet et Hyperlydiam, qua de re haec eius sunt verba in p. 11: 'aehnlich ist nur diese (hyperlydia) der Ionischen, als plagiale tonart zu jener authentischen, so wie man die Lokrische der Aeolischen aehnlich nennen kann. der name der *nachgelassenen* Lydischen und der *angespannt* Lydischen (Syntonolydiam dicit) erklaert sich, wenn man sie unter sich und mit der Lydischen vergleicht, welche ihre Lydischen tetrachorde ueber die ganze octave ausbreitet, waehrend die Syntonolydische sie als Lydisches heptachord in die hoehe gespannt und die nachgelassene sie in die tiefe nachgelassen hat' quae neque refellere in animo est, neque omni ex parte probare: etenim rem mihi iterum reputanti Syntonolydia ab ipsa Lydia non diversa videtur, sicut syntonum diatonum non diversum est a simplici diatono, neque syntonum chroma sive toniaeum a chromate.

ὑπὸ Δάμωνος εὑρῆσθαί φασι τοῦ Ἀθηναίου] Damo Agathoclis vel Lamproclis vel utriusque discipulus clarus erat musicus et bonus citharista, omninoque vir doctus, Sophistis imprimis Prodico familiariter usus, v. Plat. Lach. p. 180 D. 197 D. Cum etiam res publicas curaret, in exilium abire per ostracismum coactus est, tamquam *μεγαλοπράγμων* et *φιλοτύραννος*, v. Plut. Per. c. 4, Arist. c. 1, Nic. c. 6, qui in primo loco eum Periclem musicam docuisse affirmat. Quanti Plato eius iudicium de rebus musicis aestimaverit, ostendit locus de Rep. III p. 400 B. Musicae novationes parum probavit, quippe cuius sententia esset: *οὐδαμοῦ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων*, quam Plato amplexus est de Rep. IV p. 424 C.

Cap. XVII.

Δράκοντος τοῦ Ἀθηναίου] Cur Wyttenbachius scripserit in annotatione: 'non est dubium quin auctor scripserit, certe scribere debuerit *Δάμωνος*, itaque verti' — non intellego. Sane Burettus: 'il n'est parlé en nul autre endroit de ces deux Musiciens, qui enseignèrent cet art à Platon. C'est de quoi ne disent pas un mot, ni Diogène-Laërce, ni Olympiodore, ni aucun

de ceux qui ont écrit la vie de ce philosophe'. Sed haec falsa sunt. Etenim Olympiodor. vit. Plat. c. 2 disertis verbis ait: *μουσικῆς δὲ διδάσκαλον ἔσχε Δράκοντα τὸν Δάμωνος μαθητήν.*

Μετάλλου τοῦ Ἀκραγαντίνου] *Μετάλλου* scripsi pro *Μετέλλου*. Graecum nomen et Siculum pro Romano, quod tunc certe temporis in Sicilia in usu non fuit. Potest etiam *Τελλίου* vel *Γελλίου* fuisse, idque Agrigentinum esset nomen. Nam Gelliam quendam vel Telliam Agrigentinum, divitiis et liberalitate clarum, qui in patriae obsidione per Carthaginienses templi cuiusdam incendio extinctus est, novi e Diod. Sic. XIII, 83. 90, Athen. I p. 4 A et Suida v. *Ἀθήναιος*.

Παρθένεια] Post hoc vocabulum vulgo legebatur *ἄλλα*. quod primum Buretto suspectum fuit, post eum Wyttenbachio et Welckero in Alcm. fragm. p. 10. Haec autem Burettus: 'il faut effacer *ἄλλα* de ce passage, où il ne signifie rien, et n'est qu'une répétition du Copiste, causée par le mot suivant (*Ἀλκμᾶνι*)'. Utrum Duebnerus *ἅμα* ex Wyttenbachii coniectura an e codicum scriptura dederit, nescio: illud scio, utramque vocem hoc in loco ferri non posse.

τραγικοὶ οἶκτοι] Puto de tragoedia lyrica eaque proprie Doria sermonem fieri.

Cap. XVIII.

τὰ Ὀλύμπου τε καὶ Τερπάνδρου ποιήματα] Olympo ni fallor etiam a Suida carmina tribuuntur, qui eum *αὐλητὴν καὶ ποιητὴν μελῶν* vocat, v. nott. in c. VII. Omnino tenendum est antiquitus poeticam provinciam a musica rarissime segregatam fuisse, quae separatio circa Medici demum belli tempora in consuetudinem abiit.

ὀλιγόχορδα γὰρ ὄντα] Libri *τρίχορδα*. At ineptum est statuere Terpandrum eiusque discipulos in pangendis modis musicis trichordo instrumento usos fuisse. Sane Burettus T. XIV p. 337: 'il n'est point question — là d'instrumens. Ils ne s'agit que de poësies chantantes ou d'airs (*ποιήματα*) qui ne rouloient que sur trois cordes, quoique la cithare, sur laquelle on les jouoit, pût actuellement en avoir sept' — tamen ipse T. XIX p. 415 statuit *τρίχορδα* idem esse quod *ὀλιγόχορδα*, 'en sorte que c'est un nombre certain mis au lieu d'un incertain, pour exprimer le petit nombre des cordes ou des sons, employez par un musicien dans la composition d'un Air.' At haec perversa sunt, immo statuendum est *τρίχορδα* corruptum esse pro *ὀλιγόχορδα*, quae lectio comprobatur tam antecedente *ὀλιγοχορδίας*, quam sequente *πολυχόρδων*. Hoc autem vocabulum unice ad modos Terpandri spectare vix opus est dicere. Cum Olympi modis conveniebant in summa simplicitate.

ὑστερίζειν δ' αὐτοὺς τούς] Postrema scripsi ex Wyttenbachii coniectura. Libri *τούτους*.

πολυτρόπῳ κατεγινομένους] *Πολύτροπον* hic illud vocatur compositionis musicae genus, in quo *μεταβολὴ κατὰ τόνον* sive *τρόπον* saepe admittebatur, v. nott. in c. VIII. Translata significatio certe non cum moratur, qui iam apud Thucydidem nihil aliud esse hoc vocabulum reputaverit, quam *multiplex*.

Cap. XIX.

πρὸς τὴν παρυπάτην κεχρῆσθαι συμφώνως] Symphoniae sive symphona intervalla a Graecis omnia vocata sunt intervalla, quorum soni una comprehensi ad pulcram communionem miscentur, quae hodie intervalla consona vocantur. Etiam *παράφωνα* et *παραφωνίαι* appellata sunt. Quorum in numero referebantur *τὸ δίτονον*, *τὸ διὰ πέντε*, *τὸ διὰ τεσσάρων*, postremo *τὸ διὰ πασῶν* sive *ἀντίφωνον*, *ἀντιφωνία*. Contraria symphonorum sunt intervalla *διάφωνα*, quorum soni una comprehensi non miscentur: quae cave cum dissonis confundas, quorum sonos comprehendi ne patiuntur quidem aures. Fuerunt enim intervalla, quae Graeci inter diaphona recenserent, cum nobis consonantia videantur. De aliis dubium erat, utrum symphona essent an diaphona, id quod Theo Mus. c. 5 indicare videtur his verbis: *διάφωνοι δέ εἰσι καὶ οἱ σύμφωνοι φθόγγοι, ὧν ἐστι τὸ διάστημα τόνου, ἢ διέσεως. ὁ γὰρ τόνος καὶ ἡ δίεσις, ἀρχὴ μὲν συμφωνίας, οὔπω δὲ συμφωνία.* Etiam musica sacra medii aevi nullas alias noverat consonantias, quam octavam, quintam, quartam, ut recentiorum vocabulis utar, v. Gerbert. Mus. Sacr. T. II p. 113 sqq. Marpurg. Introd. crit. p. 225. Nec non recentioris aevi musica theoria diu fluctuavit circa intervallorum divisionem. Etenim Francus Coloniensis quinque novit consonantias, unam perfectam octavam, medias duas quintam et quartam, imperfectas duas tertiam maiorem et minorem, et quattuor dissonantias, duas imperfectas sextam minorem et maiorem, duas perfectas secundam et septimam. At nostrates hodie octavam quintam quartam pro perfectis consonantiis habent, tertiam maiorem et minorem et sextam utramque pro consonantiis imperfectis, secundam maiorem et septimam minorem pro dissonantiis imperfectis, reliqua intervalla pro dissonantiis perfectis. Ita quae unius saeculi auribus placent, displicent alii. Conferantur autem de veterum symphonis et diaphonis Forkel. Hist. Mus. I p. 395, Boeckh. de Metr. Pind. p. 254 sqq., Drieberg. Lex. mus. p. 17, denique Stallbaum. Musica ex Platone (Lips. 1846) p. 23, unde haec iuvat exscribere: 'nam quam nostri vocare solent *harmoniam*, h. e. vocum et sonorum complurium concentum uno eodemque tempore auribus accidentem, eam Graeci dixerunt potius symphoniam, harmoniam quippe intelligentes aptam concinnamque variorum sonorum consecutionem secundum tonorum genera ex artis legibus factam, qualis in melodia cernitur.' Ita Suidas et Hesych. *ἁρμονίαν* per *εὔτακτος ἀκολουθία* interpretantur, cf. Plat.

Legg. II p. 665 A, Phileb. p. 17 D. Trinkler. Harm. p. 11. Plutarchus in c. XV. XVII. XVIII harmoniam dixit pro τόνος, τρόπος, de quo cf. Theo mus. c. 4: ἁρμονία ἐστὶ συστημάτων σύνταξις, οἷον Λύδιος, Φρύγιος, Δώριος. Praeterea harmoniae vocabulum significat enharmonium genus. Denique apud Pythagoreos octavam sive systema διὰ πασῶν. Arist. Quint. I p. 17, Boeckh. Philol. p. 65.

Qua occasione pauca addere licet de quaestione, num veteres recentiorum concentum harmonicum adhibuerint in modis musicis, de qua alii aliter statuerunt. Ac Muenchovii quidem disputationem in Annall. Universit. Rhenan. I, 4 p. 356 sqq. non inspexi, sed iam Kircherus in Mus. I p. 552 recte statuisse videtur, Graecos naturalem tantum polyodiam habuisse, neque artificiosam, quocum consentit Wallis. in Ptolem. p. 317. Chori cantus apud veteres procedebat per antiphoniam, hoc est per octavas, quo pertinet Arist. Probl. XIX, 18: διὰ τί ἡ διὰ πασῶν συμφωνία ᾄδεται μόνη; Etiam concentus vocis humanae cum instrumentis musicis per antiphoniam fiebat, siquidem recte intellego Plut. de amic. mult. c. 8: ἡ μὲν γὰρ περὶ φθόγγους καὶ φόρμιγγας ἁρμονία δι' ἀντιφώνων ἔχει τὸ σύμφωνον, ὀξύτησι καὶ βαρύτησι ἀμωσγέπως ὁμοιότητος ἐγγινομένης. Sane fieri non potuit, quin singuli cantores ad vocis naturam et vigorem pro antiphonis symphonos aliquot sonos adsciscerent, ut aliquam concentus harmonici per duas voces speciem ederent, modo ne per certam normam ac leges hoc factum esse statuas. Cf. Stallbaum. l. l. p. 27, 28. Itaque res prope cum eo convenit, quod in cantilenis nostris popularibus a plebe cantatis quotidie observare licet. Sed in his subsistendum et temerarium foret de perfecto aliquo concentus harmonici systemate cogitare, quamvis aliquot loci hoc indicare videantur, veluti Plut. coniug. praec. c. 11: ἂν φθόγγοι δύο σύμφωνοι (l. συμφώνως) ληφθῶσι, τοῦ βαρυτέρου γίνεται τὸ μέλος. At prorsus falsa est eorum sententia, qui binos tonos per symphoniacum concentum una adhibitos esse sibi persuaserunt, quod quomodo per musicae leges unquam fieri potuerit, ego ne intellego quidem. Etenim scriptorum loci, quos Thiersch. Introd. Pind. p. 58 protulit, nihil probant. Quorum Horat. Epist. IX, 5 accipiendus est de instrumentis musicis, quorum alterum alterum excipiebat. Quod ad Pind. Ol. I, 17. 100 attinet, si revera carmen Aeolico tono aptatum fuit, Doria phorminx in v. 17 nihil est nisi poetica quaedam formula. Ea denique, quae de Pythagorae Zacynthii tripode narrantur, eiusmodi sunt, ut dubitari nequeat unum tonum alterum in eius pulsatione excepisse. Conferatur Trinklerus contra Boeckhium in annot. in c. XXXIII.

καὶ συνεφώνουν πρός τε μέσην] E coniectura Meziriaci hoc supplementum probatum a Buretto et Wyttenbachio in textum recepit Duebnerus, quem sequor.

τῇ συνημμένων νήτῃ] Ita scripsi pro *συνημμένων νήτη*, quod

etiamsi ferri posset subintellegendo *τετραχόρδου*, tamen rarior est dictio. Recte etiam in c. XXII *διεζευγμένων* pro *διεζευγμένου* mutavit ex auctoritate librorum Wyttenbachius. Totum vero locum non intellego. Primum enim tetrachordum *συνημμένων* Olympo recentius est. Deinde *νήτη συνημμένων* non differt a *παρανήτῃ διεζευγμένων*, quam Olympo tribuit Plutarchus. Haec igitur quomodo inter se conveniunt?

κἂν αἰσχυνθῆναι τῷ χρησαμένῳ] Wyttenbachius: 'an inter has duas voces excidit *ἐπῄει*? an vero obliqua valet constructio, ut subinde in hac disputationis parte?' Certe valet obliqua constructio, tamen quia nihil est unde dativus pendeat, post *αἰσχυνθῆναι* lacunae signum posui.

Cap. XX.

τῷ γὰρ χρωματικῷ γένει καὶ τῷ ἐναρμονίῳ] Lectio vulgata *καὶ τῷ ῥυθμῷ* manifeste corrupta. *τῷ ἐναρμονίῳ* scil. *γένει* dedi ex versione Valgulii. *κιθάραν* dicit Plutarchus musicam citharoedicam. Ostendunt autem haec verba etiam hoc caput exscriptum esse ex Aristoxeno. Etenim hic tantum, qui quaecumque in re musica conamina nova oderat et contemnebat, dicere potuit chromaticum genus in tragoediis non adhiberi, quod ab recentiore dictum prorsus ridiculum fuisset. Itaque falsus est Thierschius Introd. Pind. p. 37: 'die tragoedie enthielt sich des chroma auch noch zu Plutarchs Zeiten'. Nam chromaticum genus in tragoedia primum adhibitum est ab Agathone, teste ipso Plutarcho Quaestt. Conviv. III, 1. Est is *Agatho* Tisameni filius Atheniensis poeta tragicus, propter mollitiem comicis diffamatus, qui cum Euripide ad Archelaum Macedoniae regem se contulit, Schol. Luc. Rhet. Praec. § 11, Cramer. Anecd. IV, 269. Etiam tibinam artem colebat mollem illam et infractam, quae apud Thebanos illa aetate florebat, v. Zenob. I, 2: *Ἀγαθώνιος αὔλησις: ἡ μαλακὴ καὶ μήτε πικρὰ μήτε χαλαρά, ἀλλ' εὔκρατος καὶ ἡδίστη. εἴρηται δὲ ἀπὸ Ἀγάθωνος αὐλητοῦ, ὃς ἐπὶ μαλακίᾳ ἐκωμῳδεῖτο*, cf. Leutsch. ad h. l. Chromatici generis inventorem alii Olympum, alii Epigonum exhibent. Lysandrum Sicyonium antiquissimae aetatis musicum eo usum esse tradit Athen. XIV p. 363 A. Itaque non inventum fuit aetate Atticorum, atque erravit Boethius, qui eius inventionem Timotheo tribuit. Sine dubio poetae dithyrambici eius usum frequentaverunt, ab iisque accepisse statuas Agathonem, dithyrambicorum novationibus, si quid video, non adversantem. Nam etiamsi singulae partes illius cantici, quod Aristophanes pro Agathoneo servavit in Thesmophoriazusis, non pro anabolis dithyrambicis haberi possunt, tamen cavendum est, ne ad severiora metricae praecepta nimio coniecturarum numero turbentur, de quo rectissime monuit Marxenius de ratione quae Plat. Symp. intercedit et Arist. Thesm. (progr. Rendsburg. 1853) p. 8.

ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ Παγκράτην] De Pancrate musico nihil constat. Certe floruit ante Aristoxenum, quippe quem hoc quoque in capite ut in sequente exscripsisse Plutarchum modo dixerim, quae sententia eo praeterea confirmatur, quod Dorio et Antigenides pro aequalibus excitantur. Burettus ab hoc Pancrate musico atque poeta censet inventum esse versum Pancratium, quem Servius commemorat p. 1819 Ptsch. Erant etiam alii Pancrates poetae, veluti Pancrates Arcas, qui de piscibus carmen *θαλάσσια ἔργα* composuit, aliusque poeta Alexandrinus Hadriani imperatoris aetate, de quibus Bergkius disputavit in Mus. Rhen. N. I p. 555.

Cap. XXI.

Ἀνδρέα τοῦ Κορινθίου καὶ Θρασύλλου τοῦ Φλιασίου] De his viris, quos Aristoxenus certe antiquorum musicorum numero inseruit, nihil scimus. De musicis studiis in Arcadia, apud Corinthios Phliasios aliasque Doriensium urbes v. Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 305. 306. Mueller Dorr. II p. 325. Neque de Tyrtaeo Mantineensi quidquam constat, quod sane miramur. Nam magnorum poetarum cognomines grammaticorum sedulitas enotare consuevit. De vetusto illo poeta elegiaco Spartano cogitavit Burettus, de cuius patria, quippe quem modo Atheniensem modo Milesium ferant auctores, ambigitur. Fortasse in *Μαντινέως* latet aliqua corruptela.

καὶ ἑρμηνείας] *ἑρμηνεία* est id quod nos dicimus: 'die praktische ausfuehrung, das spiel eines musikstuecks.' Burettus, qui vertit exécution ou tablature, haec addidit: 'elle n'est ici autre chose, que la maniere d'exécuter un air, une pièce de Musique notée soit en la chantant, soit en la jouant sur quelqu' instrument.'

ὥστε τοὺς αὐλοποιούς — ἐπὶ τοὺς αὐλούς] Hic locus corruptus videtur. Nam quid hoc est *σύριγγας ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς αὐλούς*? Num concentus tibiarum et fistularum? Tum legendum esset *αὐλητάς* pro *αὐλοποιούς*. Nam falsa sunt, quae Burettus habet: '*σύριγξ* est un chalumeau, instrument à vent, analogue à ce que nous appellons *l'anche* d'un hautbois, d'un tuyau d'orgue etc. *Αὐλὸς* est ici une flûte à bec. Si l'on retranche le bec à une flûte, et qu'en la place on y adapte une anche, on en fera un hautbois, dont le son moins doux que celui de la flûte, ressemble à celui du chalumeau. Plutarque veut donc dire que Téléphane avoit tellement pris en aversion les chalumeaux, qu'il ne permit jamais que les facteurs de flûtes (c'est à dire de toutes sortes d'instrumens à vent) en appliquassent aux flûtes qu'ils fabriquoient pour son usage, et fissent de celles-ci des hautbois' — haec enim vocabuli *σύριγξ* significatio, ut sit lingula tibiae, prorsus inaudita est. Tamen Burettum secutus est Papius in Lexico, qui plurima, ni fallor, quae de re musica

tradidit, a Bellermanno accepit. Ceterum probabile est praeter tibias etiam fistulas adhibitas fuisse in Pythico certamine. Omninoque fistulae nunquam deerant, quotiens omnium instrumentorum quotquot in usu erant ederetur concentus (germanice: bei einem vollstaendig besetzten orchester), veluti quod ex Luciano de salt. c. 68 discimus in actione pantomimi praeter tibias, citharas, cymbala etiam fistulas adhibitas esse. Ut de elocutione dicam, constructio *ἐπιτιθέναι τι ἐπί τι* etiam aliis in locis Plutarchi adhibita est, veluti Reg. et imp. apophth. p. 202 A: *εἰ τοῦτον, ἔφη, συνειδέναι μοι τὸν χιτωνίσκον ἐνόμιζον, ἀποδυσάμενος ἂν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πῦρ ἐπέθηκα*, vel Apophth. Lac. p. 214 F: *λαβὼν δὲ παρὰ τοῦ μάντεως τὸ ἧπαρ, ἐπέθηκε μὲν ἐπὶ τὴν ὑπογεγραμμένην χεῖρα.*

Telephanes autem plurimorum tibicinum fuit nomen. Is de quo hic sermo fit fortasse cum eo convenit, cuius Demosthenes meminit Mid. p. 520. Telephanem Samium, cui Cleopatra Philippi soror in via, quae Megaris Corinthum ducebat, monumentum posuit, novi ex Paus. I, 44, 9. Eundem esse censeo Telephanem, quo iuvene Stratonicus familiariter usus erat, v. Athen. VIII p. 351 E.

ἀλλὰ καὶ τοῦ Πυθικοῦ ἀγῶνος] De Pythico certamine praecipuus est locus Strabonis IX p. 421 infra scriptus: *ἀγὼν δὲ ὁ μὲν ἀρχαῖος ἐν Δελφοῖς κιθαρῳδῶν ἐγενήθη παιᾶνα ᾀδόντων εἰς τὸν θεόν· ἔθηκαν δὲ Δελφοί· μετὰ δὲ τὸν Κρισαῖον πόλεμον οἱ Ἀμφικτύονες ἱππικὸν καὶ γυμνικὸν ἐπ' Εὐρυλόχου διέταξαν στεφανίτην καὶ Πύθια ἐκάλεσαν. προσέθεσαν δὲ τοῖς κιθαρῳδοῖς αὐλητάς τε καὶ κιθαριστὰς χωρὶς ᾠδῆς, ἀποδώσοντάς τι μέλος ὃ καλεῖται νόμος Πυθικός· πέντε δ' αὐτοῦ μέρη ἐστίν, ἄγκρουσις ἄμπειρα κατακελευσμὸς ἴαμβοι καὶ δάκτυλοι σύριγγες. ἐμελοποίησε μὲν οὖν Τιμοσθένης, ὁ ναύαρχος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου ὁ καὶ τοὺς λιμένας συντάξας ἐν δέκα βίβλοις. βούλεται μὲν τὸν ἀγῶνα τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν πρὸς τὸν δράκοντα διὰ τοῦ μέλους ὑμνεῖν, ἄγκρουσιν μὲν τὸ προοίμιον δηλῶν, ἄμπειραν δὲ τὴν πρώτην κατάπειραν τοῦ ἀγῶνος, κατακελευσμὸν δὲ αὐτὸν τὸν ἀγῶνα, ἴαμβον δὲ καὶ δάκτυλον τὸν ἐπιπαιανισμὸν τὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ μετὰ τοιούτων ῥυθμῶν, ὧν ὁ μὲν ὕμνοις ἐστὶν οἰκεῖος ὁ δ' ἴαμβος κακισμοῖς, σύριγγας δὲ τὴν ἔκλειψιν τοῦ θηρίου, μιμουμένων ὡς ἂν καταστρέφοντος ἐσχάτους τινὰς συριγμούς.* Cui loco addenda sunt Pausaniae verba X, 7, 3 a quo etiam victores singularum Pythici certaminis partium referuntur. Itaque iam antiquissimis temporibus hymnus canebatur in honorem Apollinis succinente cithara. Num certamina citharoedica inde a Terpandro demum instituta fuerint, de quo Hoeckius cogitavit Cret. III, 375, testimoniorum inopia ad liquidum perduci non potest. Amplificatio musici certaminis addita tibina arte, tibicinum nomina vide apud Pausaniam, ac nova certaminis institutio per Amphictyones post bellum Crisaeum circa Ol. XLVIII, 3 incidit in secundam musicae Spartanae aetatem, qua iam supra dixi tibinam artem in Apol-

linis cultum receptam esse. Porro tradit Pausanias *αὐλῳδίαν* tamquam invenustum acroama iterum in secunda Pythiade neglectam fuisse: *ἡ γὰρ αὐλῳδία*, inquit, *μέλη τε ἦν αὐλῶν τὰ σκυθρωπότατα καὶ ἐλεγεῖα (καὶ θρῆνοι) προσᾳδόμενα τοῖς αὐλοῖς*. idque probavit inscriptione quadam in tripode Herculi Thebano ab Echembroto dicato. Cf. Hoeck. Cret. III p. 386. Quo loco illud tantum miramur, quid sit, cur tibicines suaviorem musicae compositionem adhibere noluerint, cum tibias etiam laetioribus modis aptas fuisse sciamus. Denique in eo quoque Pausanias accuratior est Strabone, quod psilocitharistas in certamen octava demum Pythiade h. e. Ol. LV, 3 adscitos esse tradit. De universo certamine iam Scaliger in Poet. I, 23 bene exposuit, hac aetate prae ceteris Krausius Pyth. Nem. Isthm. Lips. 1841 p. 12. 17. 25.

Certaminis autem quasi cardo in *nomo Pythico* versabatur, antiquo illo Olympi invento, quod Sacadas per Graeciam divulgavit, etiam *Πυθικὸν αὔλημα* ac *Πύθιον μέλος* vocato. Erat is nomus maior aliqua compositio musica, quae auditoribus victoriam Apollinis de Pythico serpente repraesentaret. Quo loco illud dubium est, quatenus antiquissima aetate ad musicos modos carmen melicum accesserit. Certe postea Strabonis aetate et in vita communi assis tibiis edebatur ab auletis non ab auloedis, velut in nuptiis Alexandri Magni, Ath. XII p. 539 F, ideoque a Polluce nomus Pythicus auleticus vocatur. Narrat Theopompus apud Athen. XIII p. 605 B Broemiadam tibicinam, cum a Phayllo Phocensium tyranno aliquot donaria ex gaza Delphica accepisset, *τὰ Πύθια* cantare voluisse, nisi populus obstitisset. Ipsum vero *Πύθιον αὔλημα* temporum decursu varias mutationes subiisse videtur, ut parum conveniat inter Schol. Pind. Arg. Pyth. p. 297 et Polluc. IV, 84 et Strabonem l. l. de singulis nomi partibus. Qua de re Boeckhius de Metr. Pind. p. 182 n. 16, quo loco ipse nomum descripsit, rectissime: 'omnes' inquit 'manifeste de eodem loquuntur cantico, sed partes enumerant alius alias, ideo haud dubie, quod singulae pluribus constabant particulis, quarum alius hanc, alius illam nominat, alius nullam.' Cf. praeterea Mueller. Dorr. I, 349, Thiersch. Introd. Pind. p. 60. qui tamen vera falsis miscuit.

Pythicum nomum eam in primis ob caussam notabilem censeo, quod antiquissimum est artificiosae Graecorum musicae specimen. Etenim dubitari nequit, quin singulae eius partes inter se et rhythmo et melodia diversae fuerint earumque nomina singulas musicae compositionis quasi periodos significarint, de quo recte Boeckhius contra Forkelium dixit. Partes unius nomi iam supra commemoratae sunt in Sacadae nomo trifariam modulato, et si quae Polluci IV, 66 fides habenda est, iam Terpandri aetate nomus citharoedicus septem constabat particulis: *ἔπαρχα, μέταρχα, κατάτροπα, μετακατάτροπα, ὀμφαλός, σφραγίς, ἐπίλογος*, de quibus Boeckhium adeas l. l. et Plehn. Lesbiac. p. 163.

At Pollucem ea, quae ipsius aetate de nomis valebant, neglegentius ad antiquitatem transtulisse censeo, ut eius verbis ad illustrandum Terpandri versum *ἑπτατόνῳ φόρμιγγι* abuti nolim. Singulas autem Pythici nomi partes in certaminibus singulis quoque instrumentis decantatas esse mihi quidem non improbabile videtur. Nam praeterquam quod Pythica fuit tibia quam et in Pythico nomo et in Paeanibus adhibitam esse Pollux tradidit IV, 81, commemorantur etiam dactylicae tibiae quae Hyporchematum concentui aptae videbantur, v. Poll. l. l. Athen. IV p. 176 F, et in Pythico nomo locum habere poterant. Fistulas denique adhibitas esse tam ex Strabonis quam ex Plutarchi verbis supra scriptis colligo. Tamen haec nolo urgere. Is autem qui Pythicum nomum tibiis canere didicit, *Pythaules* vocatur, sive is Delphis sive in alio quopiam Apollinis festo artem professus sit, de quo inscriptiones testantur in C. I. n. 1719. 1720. Itaque hoc nomine honorificentius tibicines quicumque appellantur, ut apud Senec. Epist. IX, 5: 'illud quidem (theatrum Neapolitanum dicit) fartum est et ingenti studio, quis sit pythaules bonus, iudicatur.' Delphis autem Pythaulae propria quadam et splendida veste videntur amicti fuisse. Vide quae de Chrysothemide Proclus narravit apud Hephaest. p. 382. Etiam Chrysogonus victor in Delphico certamine, cum Alcibiades exul in patriam rediret, remigum numeris tibia navale aliquod canticum (*εἰρεσίαν, τὸ τριηρικόν*) succinuit *ἐνδεδυκὼς τὴν Πυθικὴν στολήν*, ut Athenaeus tradidit XII p. 535 D.

τῶν μὲν Δωριωνείων] Dorio tibicen post pugnam Chaeronensem Philippi regis mensae interfuit, Athen. X p. 435 B.

τῶν δὲ Ἀντιγενιδείων] De Antigenide scripserat Aristoxenus in libro *περὶ αὐλητῶν*, Tatian. adv. gent. p. 86. Suidas: *Ἀντιγενίδης Σατύρου, Θηβαῖος, μουσικός, αὐλῳδὸς Φιλοξένου. οὗτος ὑποδήμασι Μιλησίοις πρῶτος ἐχρήσατο καὶ κροκωτὸν ἐν τῷ Κωμαστῇ* (h. e. in Philoxeni fabula ita inscripta) *προσεβάλλετο ἱμάτιον. ἔγραψε μέλη.* Harpocratio eum Dionysii filium et *αὐλητὴν ἐνδοξότατον* vocavit. Epaminondae aetate eum musica laude valde floruisse ostendit narratio apud Plut. Apophth. p. 193 F. Periclis iussu eum Alcibiadem puerum musicam docuisse tradit Gell. XV, 17 ex Pamphile, quo loco Antigenides cum Pronomo videtur confusus esse. Bellico ardore inflammavit Alexandrum, cum aliquando Harmatium nomum cecinisset, v. Plut. de Alex. fort. p. 335 A. Eius placitum *ἴδιον τῶν ἀγαθῶν ἀκροᾶσθαι τοὺς νέους αὐλητῶν, ἐὰν καὶ τῶν φαύλων πεῖραν λαμβάνωσι* servavit Plut. vit. Demetr. 1, aliam de eo narrationem Athen. XIV p. 631 F. Inter Musicos eo imprimis nomen sibi paravit, quod *πλάσματα* primus tibia cecinit, h. e. artificiosos modorum flexus, id quod structurae et conformationis tibiarum immutationem traxit. cf. Theophr. Hist. Plant. IV, 11, 4.

καττύματα] Ita vocantur citharistarum modi per contemtum, quasi germanice quis dixerit: grob zusammengeschusterte

melodien. Burettus: notre musique nous fournit quelque chose de pareil, dans certains centons musicaux, faits de plusieurs airs de mouvemens et de tons différens, mis bout à bout: lesquels forment une suite de chant non interrompu. Illud dicit quod nos vocamus: 'ein musicalisches quodlibet, ein potpourri.' Proprie *καττύματα* vocatur calceamentorum genus Poll. VII, 86, vel potius coria e quibus calceamenta fiebant, Schol. Arist. Ach. 300: *καττύματα δέρματά τινα ἰσχυρὰ καὶ σκληρά. ἅπερ τοῖς σανδαλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδήμασι ὑποβάλλεται.*

Πολυείδου ποιήματα] De Polyido, poeta dithyrambico et musico, Timothei aemulo circa Ol. XCV, 3 cf. Jahn. ad Fragm. post Censor. IX p. 86, Bernhardy Hist. litt. Gr. II, 1 p. 676. Languida Buretti coniectura *πολυείδη* (sic) supersedere possumus.

κρουματικάς] Haec codicis Parisini scriptura vulgatae *κρουσματικάς* iam Wyttenbachio praeferenda videbatur, eamque probavit Papius in Lexico, qui Burettum secutus *κρουματικὰς διαλέκτους* interpretatur: 'der ausdruck im spielen der instrumente.' At vix puto *διαλέκτους* sensu translato satis tutum esse ab usu, neque enim c. XXXVI aliquid probat. Fortasse scriptum fuit *καὶ τὰ περὶ τὰ κρούματά τε καὶ διαλέκτους*, id quod in versione reddidi, pro eo quod antea fuit: 'sed et pulsationum elocutiones tunc fuerunt magis variae.' Ceterum inter *κρούσματα* et *κρούματα* saepissime fluctuant codices, velut apud Dion. Chrys. or. XXXII, 4. 24. 26 all.

οἱ μὲν γὰρ νῦν φιλόμυθοι] Vulgo *φιλομαθεῖς*. At hoc significat doctrinae studiosi, itaque minime oppositum est alteri *φιλόρρυθμοι*. Wyttenbachii vero interpretatio in Lexico Plutarcheo doctrinae ostentatores sane verborum contextui apta est, sed ficta. Valgulius in suo codice *φιλομαθεῖς* non legisse videtur, vertit enim: 'hoc nimirum tempore *modos*, illo vero rhythmos studiose et cupide amplectebantur.' Equidem non dubito, quin *φιλόμυθοι* fuerit, quo vocabulo Plutarchus usus est de aud. poett. 11 p. 30 D: *τὸν μὲν φιλόμυθον μὴ λανθάνειν τὰ καινῶς ἱστορούμενα καὶ περιττῶς*. quod semel in *φιλόμαθοι* depravatum novam eamque graviorem corruptelam traxit. Aristoxenum autem philorrythmiae veterum opposuisse philomythiam suae aetatis, qua dithyrambici poetae et tragici plurima in mythis novarent et obscurissimos quosque suum in usum converterent, certe non improbabile est. Ad rem facit Aristot. Probl. XIX, 31: *διὰ τί οἱ περὶ Φρύνιχον μᾶλλον ἦσαν μελοποιοί; ἢ διὰ τὸ πολλαπλάσια εἶναι τότε τὰ μέλη τῶν μέτρων ἐν ταῖς τραγῳδίαις;* —

τῶν κεκλασμένων μελῶν] Quotiens artificiosi vocis flexus adhibebantur, *μέλη* fiebant *κεκλασμένα* sive *πολυκαμπῆ* sive Comicorum vocabulo *δυσκολόκαμπτα* (Poll. IV, 68). Auctor infracti huius cantandi generis Phrynis erat, secundum Schol. Arist. Nubb. 969: *οἱ κωμικοὶ πολλάκις αὐτοῦ μεμνημένοι, ἐφ᾽ οἷς ἐκαινούργησε κλάσας τὴν ᾠδήν.*

Cap. XXII.

ἐν γοῦν τῇ ψυχογονίᾳ τῇ ἐν τῷ Τιμαίῳ] Quae in hoc capite de numerorum ratione disputantur secundum Timaei locum, accuratius quamquam iisdem fere verbis Plutarchus exposuit in libro de an. procr. in Tim. c. 15. 29 sqq. De re videatur Boeckhius in Daubii et Creuzeri Studiis T. III, 1 p. 1—96. Platonis verba in Timaei editionibus p. 36 A ita leguntur: *μετὰ δὲ ταῦτα συνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα, μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων, ὥστε ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας.*

ἡ δ᾽ οὔτε λόγῳ, οὔτ᾽ ἀριθμῷ] Constat ex Mathematicorum scholis medietatem harmonicam neque subtrahendo ut arithmeticam neque dividendo ut geometricam inveniri, sed utraque computandi ratione adhibita. Nam si tres sunt lineae AD, AC, AB, quarum AD est maxima, AC media, AB minima, earum ratio harmonica est, si $AD : AB = AD - AC : AC - AB$. Harmonica autem vocatur ratio, quia harmonia chordarum in eadem posita est. Nam si tres sunt chordae eiusdem tensionis et ambitus, tres edunt sonos principales Octavam, Quintam, Quartam, si longitudinis ratio numerorum est 3, 4, 6. Nam chordae 3 et 6 edunt Octavam, 4 et 6 Quintam, 3 et 4 Quartam. Numeri autem 3, 4, 6 simul ita comparati sunt, ut sit $3 : 6 = 4 - 3 : 6 - 4$. Constat Platonem diu et multum desudasse in solvendo problemate binarum linearum binas inveniendi medietates, quod cum non posset geometrice solvi, ipse mechanice conatus est. Cf. van Swinden Elementa Geometriae p. 130. 496 sqq. e versione Iacobi.

ἐν διπλασίονι λόγῳ θεωρεῖται] Adiectivum numerale *διπλασίων* pro *διπλάσιος* apud recentiores scriptores non rarum est, v. Lobeck. Phryn. 411. Exemplis a Struvio Opusc. II p. 235 congestis adde, si tanti est, Dion. Chrys. or XLI, 12, Ioseph. Antiqq. VIII, 3, 8. Ex Plutarcho huc pertinet *πολλαπλασίων* Reg. et imp. apophth. p. 191 C; contra *εἰκοσαπλασίων* De fac. in orb. p. 925 C iam ex Parisina editione expulsum est.

Cap. XXIII.

Ἀριστοτέλης ὁ Πλάτωνος ταυτὶ λέγει] Subintellegas *μαθητής*. Rariorem locutionem exemplis illustravit Schaefer. in Bosii Ellips. p. 261. Aliquem alicuius esse discipulum recentiores interdum indicant per *ὁ ἀπό τινος*, de quo idem dixit Schaefer. Melett. p. 27. Sequentia, quae in nostris Stagiritae editionibus desiderantur, Patricius Discuss. Peripat. p. 76 deperdito Aristotelis libro *περὶ μουσικῆς* vindicavit, quem commemoravit Diog. Laert. V, 26.

καὶ τοῖς πλήθεσι κατ᾽ Ἀριστοτέλην] Post *πλήθεσι* apud Reisk. et Wyttenb. sequitur *καί*, quod a Duebnero uncinis inclusum ego delevi, utpote ortum ex insequente *κατά*.

Cap. XXIV.

ἔκ τε τῆς ἀρτίας καὶ περισσῆς] Vulgo: ἔκ τε τῆς ἀπείρου καὶ περαινούσης. Nam recte opinor Burettus T. XXIII, 73: 'Je crois qu'il faut lire ἔκ τε τῆς ἀρτίου καὶ περισσοῦ (malui tamen quae supra scripsi) καὶ ἐκ τῆς ἀρτιοπερισσοῦ φύσεως: à moins que les deux mots ἄπειρος et περαινοῦσα, l'infini et le fini, ne se prissent aussi dans la signification du *pair* et de *l'impair*, et c'est de quoi, iusqu'à présent, je n'ai point d'exemple.' Nam error librarii ortus videtur e compendiis male intellectis. Ἀρτιοπέρισσοι. quod differt a περισσάκις ἄρτιοι. sunt ii numeri, qui semel tantum per binarium numerum mensurantur (die zwei nur einmal zum einfachen factor haben), ut 2, 6, 10, 14: ἀρτιοπέριττοι δέ εἰσιν οἱ ὑπὸ δυάδος καὶ περιττοῦ οὑτινοσοῦν μετρούμενοι. Theo Smyrn. Arithm. c. 9 cum nota Bullialdi p. 233. Adde Nicom. Arithm. I, 9. Philop. de mundi opificio p. 3 C.

Cap. XXV.

τὴν αἴσθησιν διὰ τὴν ἁρμονίαν] Vulgatus verborum ordo est: ἀλλὰ μὴν καὶ αἱ αἰσθήσεις αἱ τοῖς σώμασιν ἐγγινόμεναι διὰ τὴν ἁρμονίαν. αἱ μὲν οὐράνιαι θεῖαι οὖσαι κτλ.. quem immutandum duxi.

Cap. XXVI.

προηγουμένως] V. nott. in c. II.

Καστόρειον μέλος] Lacedaemonios succinentibus tibiis ad bellum profectos esse etiam Thucyd. V, 70 (cf. Gell. I, 11) Luc. salt. c. 10, Polyaen. I, 10, Dio Chrys. or. XXXII, 60, Valer. Max. II, 6 aliique tradunt. Crotoniatae quoque tibicinum catervam in aciem educebant, Ath. XII p. 520 D. Qui bellicus tibiarum usus etiamsi vetustissimus fuit, secundum ea quae de Lydis narraverunt Herod. I, 17. Athen. XII p. 517 A, tamen apud Spartanos recentiore demum aetate receptus videtur. Saltem Alcman fr. 14 W. citharae usum in bello commemoravit. At fieri non potuit, quin instrumenta tensibilia parum apta invenirentur. quae maiori militum numero praecinerent. Tibias, lyras citharasque simul adhibitas fuisse contendit Paus. III, 17, 5. Tibini autem nomi anapaestico rhythmo plerumque aptati, qui canebantur quotiens Spartani ad pugnam prodirent, communi nomine embateria, sive epibateria, sive ἐνόπλια μέλη vocantur, Ath. XIV p. 630 F. Quorum varia fuerunt genera. De Adonio Lesbiaco, quod ab Hesychio embateriis adnumeratur, non liquet. Eiusdem Hesychii σαρσίτειον χορὸν non inter embateria referendum esse contra Valckenaer. Adon. p. 283 evicit Boeckh. C. I. p. 95. At *Καστόρειον μέλος* embaterii nomus fuit, quod succinebat Paeani embaterio, quotiens densis ordinibus milites ad pugnam procedebant, Plut. v. Lyc. 22. Poll. IV, 78. Schol.

Pind. Pyth. II, 127. Nomen autem indicare videtur Castorium ab initio melodiam fuisse equitum propriam. Cf. Santen. Ter. Maur. p. 57, Mueller. Dorr. II p. 335 sqq., Boeckh. de Metr. Pind. p. 276.

χρήσασθαι τῷ τρόπῳ τούτῳ — Κρῆτες] Consentit Ath. XII p. 517 A. Praeterea apud Cretenses etiam tibiam adhibitam fuisse discimus ex Strab. X p. 679, et Polyb. IV, 20, 6 quem exscripsit Athen. XIV p. 627 D. Citharam nominat Gell. I. 11. Omninoque horum instrumentorum usus in proeliis a Cretensibus Spartam devenisse videtur.

Διὶ Σθενίῳ] Hesych.: Σθένια. ἀγών τις ἐν Ἄργει οὕτω προσηγορεύετο. De Iove deo bellico fortitudinis ac virtutis v. Prelleri Mythol. Gr. I p. 90. Certamina musica in Iovis honorem etiam Ithomae instituta erant, Paus. IV, 33, 2.

τοῖς πεντάθλοις νενόμισται προσαυλεῖσθαι] Idem de sua aetate Pausanias tradidit V, 17, 10. Priore aetate tibiae succinebant luctantibus, quod praeter Pausaniam l. l. etiam Poll. IV, 56 ex Aristotele de Tyrrhenis rettulit.

τὸ ὑπὸ Ἱέρακος πεποιημένον] De Hierace v. nott. in c. IX.

Cap. XXVII.

τὴν θεατρικὴν μοῦσαν] De depravata theatrorum musica v. nott. in c. XV.

καὶ τὴν τῶν νέων παίδευσιν] Quae partes fuerint musicae in institutione puerorum, docet Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 55. 77. Praecipuus est locus Strabonis I p. 15 f: καὶ τοὺς παῖδας αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν. οὐ ψυχαγωγίας χάριν δήπουθεν ψιλῆς, ἀλλὰ σωφρονισμοῦ· ὅπουγε καὶ οἱ μουσικοὶ ψάλλειν καὶ λυρίζειν καὶ αὐλεῖν διδάσκοντες μεταποιοῦνται τῆς ἀρετῆς ταύτης· παιδευτικοὶ γάρ εἶναί φασι καὶ ἐπανορθωτικοὶ τῶν ἠθῶν. quibus verbis ea accedunt, quae Polyb. IV, 20 (Ath. XIV p. 626) de Arcadibus narravit. Etiam Cretenses praeter legendi artem prima musicae elementa docebant pueros, Strabo X p. 483. 679. Hoc quoque caussae fuit. cur veteres cantores et fidicines morum integritate praestare vellent. Plutarch. de superst. c. 3: δικαίῳ τῷ στόματι τοὺς κιθαρῳδοὺς ἐκέλευον ᾄδειν οἱ τὴν νόμιμον μουσικὴν σώζειν δοκοῦντες.

ὅτι τὸ θέατρον ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὴν προσηγορίαν ἔλαβε] Haec apud alios scriptores me legisse non memini. Proxime tamen accedit Etym. Gud. p. 200, 19 v. ἐπιθειάσας: παρὰ τὸ θεός ὄνομα. θεάω θεῶ ῥῆμα. ὁ ἀόριστος ἐθέασα. ἡ μετοχὴ θεάσας. πλεονασμῷ τοῦ ι θειάσας· ἢ παρὰ τὸ θειάζω. Theatrum Atheniense separatum illud a templo Bacchi in Lenaeo (Phot. v. Λήναιον. Hesych. ἐπὶ Λην. ἀγών. Bekk. Anecd. p. 278, Etym M. p. 361, 39) non ante belli Medici tempora extructum videtur. De illo enim theatro, quod Suida auctore v. Δράκων et πέτασος Draconis aetate Aeginae fuisse perhibetur, recte Geppertus Th. vet. Gr. p. 31

n. 1 dubitavit. Neque Syracusano theatro maior antiquitas concedenda videtur.

διαφθορὰς] Ita cod. Vat. pro διαφορὰς. Idem iam Burettus coniecerat T. XXIII p. 87.

Cap. XXVIII.

τὴν Δώριον νήτην] Ut concedamus rem a Terpandro inventam esse, de quo etiam Aristoteles testatur Problem. XIX, 32, nomen tamen recentius est. Etenim Hypatae, Mesae, Paramesae Netaeque a Pythagora inventa sunt nomina, Iambl. v. Pyth. 26. Ceterum etiam hoc loco confirmatur sententia Bernhardyi contra Mueller. Dorr. II p. 312 Dorium tonum vetustiorem Terpandro esse negantis. Nam Muellerus, quem sequitur Ulric. Hist. poes. lyr. p. 7, vel ipsum nomen sufficere putavit ad summam eius comprobandam antiquitatem.

τὸν Μιξολύδιον τόνον] v. nott. in c. XVI.

πρός τε τῷ ὀρθίῳ καὶ τὸν σημαντὸν τροχεῖον] Vulgo πρὸς τὸν ὄρθιον σημαντὸν τροχαῖον. Quae verba interpretibus corrupta visa sunt, ut fere omnes librarii errore aliquot verba sine caussa iterata esse censerent. Itaque Burettus emendavit τὸν κατὰ τοὺς ῥυθμοὺς, τὸν ὄρθιον καὶ τὸν σημαντὸν τροχαῖον. Duebnerus scripsit: τὸν κατὰ τὸν ὄρθιον καὶ τὸν σημαντὸν τροχαῖον. At cum ex nulla librorum varietate de corruptela certi quidquam colligas, faciliore medela adhibita locum sanandum putavi. Qua in scriptura cave credas aliquid supervacanei esse. Nam si recte video, nomi orthii in Minervae honorem compositi proprie nomen non habuerunt a rhythmo sed a versu Homerico Il. Λ. 10, de quo exposui in annot. in c. IV. Fuerunt etiam orthii nomi dactylico numero procedentes, id quod e capite septimo colligas, atque eiusmodi nomus ab Olympo profectus est. Alii contra trochaicos habebant numeros, quae ratio cum postea invaluisset, a nomo rhythmus ille nominatus est orthius, non vero nomus a rhythmo. Itaque verborum sententia haec est: dicitur Terpander invenisse eum nomi orthii modum, qui trochaeis orthiis constabat et praeter orthios etiam trochaeos semantos formasse. Ita hunc locum etiam Rossbachius intellexit Rhythm. p. 100: 'Terpander soll, so sagt Plutarch, die weise der ὄρθιος μελῳδία nach orthischen Rhythmen und nach analogie des orthius auch den trochaeus semantus erfunden haben.' Quid sint trochaei orthii et semanti idem exposuit p. 99: 'beide rhythmen sind nichts als gedehnte molossen in langsamster ἀγωγή. traegt ein gedehnter molossus auf der ersten laenge den ictus, so ist er ein trochaeus semantus, hat er ihn auf der zweiten, so ist er ein orthius.' Quidquid est, nomus orthius non est a Terpandro profectus, utpote auleticus (Schol. Arist. Ach. 16), sed ex Olympi arte a secundae demum constitutionis musicae auctoribus in communem usum receptus est, id quod e c. IX colligas: οἱ δὲ

περὶ Πολύμνηστον τῶν ὀρθίων καλουμένων. Cuius rei haud leve argumentum praeterea inde accedit, quod in superiore c. IV. in quo optimos auctores secutus est Plutarchus, hunc nomum inter Terpandri inventa non rettulit, et hic quoque cautius rem pronunciavit.

ἔτι δὲ — καὶ τῶν σκολιῶν μελῶν Τέρπανδρος εὑρετής] ἔτι scripsi pro εἰ ex Wyttenbachii coniectura. Quod si Pindarus scoliorum inventionem Terpandro tribuit, inde colligendum est certam quandam musicam normam eiusmodi cantilenis ab eo applicatam fuisse. Cf. Ilgen. Disq. de scol. poesi p. LXXVII sqq. Plehn. Lesbiacc. p. 164. Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 63.

ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρχίλοχος] Eam esse ceteroquin rectam Plutarchi sententiam metricum quodcumque Archilochi inventum etiam musicum fuisse, cum ex toto loco, tum e verbis καὶ τὴν περὶ ταῦτα κροῦσιν, iam Ulricius collegit Hist. poes. lyr. p. 276. Eorum, qui praeter Plutarchum de metricis Archilochi inventis disputaverunt, locos congessit Liebel. Archil. p. 23 sqq.

τὴν εἰς τοὺς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔντασιν] Haec ad asynartetorum modo inventionem rettulerim, neque epodorum, de quibus Liebel. cogitavit p. 32.

τὴν παρακαταλογήν] Quid sit παρακαταλογή neque e Plutarchi verbis intellegitur neque ex Aristot. Probl. V, 19: διὰ τί ἡ παρακαταλογὴ ἐν ταῖς ᾠδαῖς τραγικόν; ἢ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν; παθητικὸν γὰρ τὸ ἀνωμαλὲς καὶ ἐν μεγέθει τύχης ἢ λύπης. τὸ δ' ὁμαλὲς ἔλαττον γοῶδες. Parum placet Liebelii sententia p. 33 παρακαταλογήν non differre a rhythmica metabole. Nihil proficimus ex Buretti definitione T. XIV p. 384 (T. X p. 112): un desordre dans l'arrangement des sons et dans le rhythme, d'où resultoit une modulation inégale, scabreuse, hétéroclite, et par là d'autant plus propre au tragique, au pathétique, comme le dit Aristote. De Thierschii autem sententia Introd. Pind. p. 51 provocantis ad Schneiderum in Lexico, παρακαταλογήν esse exitum melodiae in minoribus symphonis vel paraphonis, oppositum melodiae in sono principali aut in antiphono desinenti, eam ob caussam dubito, quod tum παρακαταλογή musicum tantum esset inventum non etiam metricum. Καταλογάδην εἰρημένον vero cum illud sit, quod pedestri sermone pronuntiatur, fortasse παρακαταλογή est recitatio aliqua pedestris praeter et intra cantum. Tum illud certe patet, cur Aristoteles eius usum irregularem vocaverit.

καὶ τὸ κρητικόν] Ita Burettus, Liebel. in Archil. p. 36, Hoeck. Cret. III p. 358 et Bernhardy l. l. p. 314. Libri καὶ τὸ προκρητικόν. Sane Glaucus in c. X docuit Creticum rhythmum a Thaleta demum circa Ol. XL adhibitum esse. Sed hoc in Plutarcho ferendum est, si quando contrarias et secum pugnantes aliorum de eadem re sententias in eodem libello protulerit, praesertim si altero in loco deteriores auctores secutus sit, quam altero. Contra Ritschelius in Mus. Rhen. N. I p. 285 καὶ τὸ προκρητι-

κόν legi iussit, ut sit tetrameter trochaicus, quem metrici veteres e senario derivarint quem creticus praecedat, Ter. Maur. v. 2280 sqq. M. Victor. p. 2572. Rufin. p. 2708, 9. De analogia vero, cur προκρητικόν non illud solum esset quod creticum praecederet, sed etiam illud cui creticus praefixus sit, provocavit Ritschelius ad πρόβραχυς, quo nomine apud Diomed. p. 478 hoc metrum designatur ⏑ – – – –. Itaque in praecedentibus τὰ τετράμετρα aut ab interpolatore profectum esse, aut ab errore librarii, qui τὰ τρίμετρα nobilissimum illud Archilochi inventum scribere voluisset. Quae quod iam ante commemorata sint, parum referre hoc in loco, ubi Plutarchus tres relationes e diversis fontibus petiverit (1. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρχίλοχον — κροῦσιν. 2. πρώτῳ δὲ αὐτῷ — αὔξησις. 3. ὑπ' ἐνίων δὲ κτλ.) quarum diversa cuique sed etiam communia insint. Tota vero disputatio, cui acuminis et subtilitatis laudem derogare nolo, mihi artificiosior quam verior videtur. Itaque in Buretti emendatione cum Bernhardyo acquiescendum putavi.

τὸ προσοδιακόν] Metricorum locos de hoc metro, quod nomen a prosodiis tulit, praeter Liebelium Archil. p. 35, Ritschelius congessit l. l. p. 287, unde apparet versum fuisse bipartitum, incipientem ab ordine dactylico catalectico in bisyllabum praemisso iambica anacrusi, exeuntem in tripodia acatalecta vel catalectica, huiusmodi

⏓ | ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏓ | ⏑́ ⏑ – ⏑ – | ⏓

Supersunt etiamnum inter Archilochea versus huic metro convenientes.

καὶ ἡ τοῦ ἡρῴου αὔξησις] Vulgo καὶ ἡ τοῦ πρώτου αὔξησις, quod Liebelius cum Buretto perperam de cretico intellexit. Salmasii emendationem ἡρῴου etiam Ritschelius probavit. Confusione inter πρ et ηρ nihil frequentius. Sic saepe Prodici et Herodici nomina confusa sunt, de quibus Astius dixit in Plat. de Rep. p. 465. Idem Ritschelius in sequentibus de duplice τό pro τόν cogitavit. Hexametrum vero auctum sive perittosyllabum illud intellegendum est versuum genus, quod exhibet Horat. carm. IV, 7, coll. Terent. Maur. p. 2422.

ὑπ' ἐνίων δὲ καὶ τὸ ἐλεγεῖον] Elegiaci inventorem Archilochum praeterea nominant Orio Theb. p. 58 e Didymo περὶ ποιητῶν (Schmidt Did. fragm. p. 387), M. Victor. p. 2555. 2588, Isid. Orr. I, 38. Cf. Liebel. Archil. p. 28, Francke Callin. p. 33.

ἡ τοῦ ἰαμβείου πρὸς τὸν ἐπιβατὸν παίωνα ἔντασις] Hoc illud est, quod supra in universum ἡ εἰς τοὺς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔντασις vocabatur. De Paeone epibato v. Arist. Quint. I p. 38, Rossbach. Rhythm. p. 105. 106, ubi haec leguntur: 'der Paeon epibatus ist ein fuss von 5 zweizeitigen laengen —. zuerst wandte ihn Archilochos an, ohne zweifel fuer die cultuslieder auf Dionysos und Demeter, die einen entsprechenden charakter hatten. sodann gebrauchte ihn Olympos zur enharmonischen Phrygischen tonart, wahrscheinlich in aehnlichen compositionen, wie in den auf die Cybele gesungenen μητρῷα (Plut. de mus. 33),

doch blieb der Paeon epibatus nicht auf den cultus eingeschraenkt, wir finden ihn auch in der comoedie.'

τοὺς τραγικοὺς ποιητάς] Nisi Suidas v. Ἀρίων diversa miscuisset, id quod Geppertus monuit Theatr. Gr. p. 14 sqq., hoc valeret de tragoediae lyricae poetis. Is enim refert Arionem in dithyrambis Satyros induxisse versus recitantes: λέγεται — καὶ Σατύρους εἰσενεγκεῖν ἔμμετρα λέγειν. Itaque hoc diu moris fuit ante tragoediae Atticae poetas.

τὴν κροῦσιν τὴν ὑπὸ τὴν ᾠδήν] Hoc intellego de assis tibiis vel fidibus cantui per singula intervalla interpositis, dum apud veteres suspenso cantu etiam instrumentorum pulsationes suspendebantur. cf. Aristot. Problem. XIX, 39 p. 921 a, 25. Πρόσχορδον est consonum, conveniens quodcunque; itaque πρόσχορδα κρούειν est ita instrumenta pulsare, ut quisque instrumenti sonus conveniat cum vocis vel cantilenae sono. Erravit Ulricius Hist. poes. lyr. p. 597, quod falsam aliquot librorum scripturam πρόχορδα defendendam esse censuit. Locutionem aliquantum illustrant Platonis verba de Legg. VII p. 812 D: δεῖ τοῖς φθόγγοις τῆς λύρας προσχρῆσθαι, σαφηνείας ἕνεκα τῶν χορδῶν, τόν τε κιθαριστὴν καὶ τὸν παιδευόμενον, ἀποδιδόντας πρόσχορδα τὰ φθέγματα τοῖς φθέγμασι.

Cap. XXIX.

Πολυμνήστῳ δέ] De Polymnesto vide nott. in c. VIII, de eclysi et ecbole nec non de genere enharmonio ab Olympo invento in c. XI, de Prosodiaco in c. XXVIII.

καὶ τὸν χορεῖον] Spondeum intellege et duplicem quidem (σπονδεῖος διπλοῦς), ut semper, quotiens de spondiaco hymnorum nomorumque metro sermo fit.

ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει] Amyotus vertit: 'or est il certain, que nul des anciens cantiques ne les a.' Itaque legisse videtur οὔπως pro οὕτως, id quod Burettus defendit: 'en effet, Plutarque se propose de montrer, que les anciens ont fait des additions à leur Musique — et apres en avoir fait le dénombrement, il ajoute: une preuve que ces modes, ces rhythmes etc. ont été introduits de nouveau dans l'ancienne Musique, c'est qu'on voit manifestement qu'il n'y a nul vestige de ces nouveautés dans les airs ou les nomes plus anciens que les auteurs de ces innovations.' At, obsecro, quinam fuerunt isti antiquiores nomi? Immo dicit Plutarchus in antiquis Olympi nomis haec omnia extare: non recentiori igitur aetati eorum inventionem deberi.

Λᾶσος ὁ Ἑρμιονεύς] Lasus Charmini filius Athenis vixit apud Hipparchum circa Ol. LXIII, 2 et LXVI, 3 et postea. Cum Apollodoro et Agathocle Pindari in musica fuit magister. De acumine hominis, qui Onomacritum interpolationis arguit, ᾠδὴν ἄσιγμον composuit et Ἀσίσματα quae vocantur edidit h. e. in-

geniose et facete dicta, veteres multa tradiderunt, quorum nonnulli adeo eum in septem sapientium numero rettulerunt. Cf. Schneidewini de Laso Hermionensi commentatio, Prooem. Lectt. Gotting. a. 1842. Excoluit autem dithyrambum antea ab Arione institutum, eumque Athenis in publicis festis introduxit. Itaque recentioris dithyrambi sive Attici inventio ei tribuitur, Scholl. Pind. Ol. XIII, 25. Tzetz. Prolegg. Lycophr. p. 252. A quibusdam minus recte dithyrambi inventio in universum, Scholl. Arist. Avv. 1403. At quae tandem Lasus in dithyramborum genere novaverit, ignoramus. Non vero sine idonea caussa Ulricius Hist. poes. lyr. p. 140 eum antistrophicam dithyramborum formam sustulisse contendit, quidquid obloquitur O. Mueller. Hist. litt. Gr. II p. 283 sqq., et Schneidewin. l. l. p. 15. Praeterea Lasus primus fuit, qui pedestri sermone librum de musica theoria composuit, unde mirum illud Lasi placitum apud Aristox. Harm. I p. 3 fluxisse videtur πλάτος τὸν φθόγγον ἔχειν. Denique Lasum cum Hippaso Metapontino Pythagoreo philosopho observationes quasdam instituisse ad harmonicam pertinentes de fictilibus vasibus aqua plenis, quibus ostenderet συνέπεσθαι τῶν κινήσεων τὰ τάχη καὶ τὰς βραδυτῆτας, δι' ὧν αἱ συμφωνίαι, auctor est Theo Mus. c. 12 p. 91 ed. Bull. Inter musicae autem corruptores praeterquam a Plutarcho, Lasus, quod scio, a nemine relatus est.

εἰς τὴν διθυραμβικὴν ἀγωγὴν μεταστήσας τοὺς ῥυθμούς] Agoge vocabulum artis est cum Rhythmicae tum Harmonicae. Ac *Rhythmica* quidem *Agoge*, de qua hic sermo fit, ratione continetur aut lentiore aut incitatiore, qua rhythmicae morae, quae pedem explent, proferuntur. Illud igitur est, quod inter nostrates musici temporis nomine (Italo vocabulo tempo dicunt) significant, nec non ea temporis genera, quae suprascriptis vocabulis crescendo, decrescendo, calando, similibus indicantur. Cf. Arist. Quint. p. 42: ἀγωγὴ δέ ἐστι ῥυθμικὴ χρόνων τάχος ἢ βραδυτής· οἷον ὅταν τῶν λόγων σωζομένων, οὓς αἱ θέσεις ποιοῦνται πρὸς τὰς ἄρσεις, διαφόρως ἑκάστου χρόνου (i. e. ἄρσεως καὶ θέσεως) τὰ μεγέθη προφερώμεθα; adde Aristox. Harm. p. 34, Plato de Rep. III p. 400 C. Rem contra Meibom. Arist. Harm. p. 102, Boeckhium et Hermannum recte exposuerunt nuperi Rhythmicorum Aristoxeni editores, Feussnerus p. 34, Bartelsius p. 44. Cf. Rossbachii Rhythm. p. 173. Ipsam vero agogen pro vario compositionum musicarum charactere ethico, quem Graeci dicunt, diversam fuisse apertum est. Neque minus singulis agoges generibus singula rhythmorum genera plus minusve conveniebant. Itaque Plutarchi verba hoc sibi volunt, propter dithyrambicam agogen Lasum in rhythmica compositione quaedam novasse vel immutasse. Contra *Harmonica Agoge* unum vocatur e quattuor melopoeiae generibus, positum in coniunctione eorum sonorum per aliquam cantilenam, qui in systemate se invicem excipiebant. V. Euclid. Harm. p. 22: ἀγωγὴ μὲν οὖν ἐστιν ἡ διὰ τῶν ἑξῆς φθόγγων ὁδὸς τοῦ μέλους.

et Arist. Quint. I, 19 coll. Drieberg. Discipl. mus. p. 57. Neque aliter Athen. XIV p. 624 D vocabulum accepit: τὴν οὖν ἀγωγὴν τῆς μελῳδίας, ἣν οἱ Δωριεῖς ἐποιοῦντο, ἐκάλουν ἁρμονίαν. Etiam harmonicae agoges diversa fuerunt genera, Arist. Quint. l. l. p. 29.

εἰς μετάθεσιν τὴν προϋπάρχουσαν ἤγαγε μουσικήν] Burettus: 'Il paroît par la version de Valgulio et par celle d'Amyot, qu'on lisait autrement ce passage dans leurs exemplaires Grecs. Voici la première: ad inflexiones mutationesque quae prius non fuerant, musicam perduxit. Voici la seconde: introduisit une grande mutation en la Musique, qui n'étoit pas auparavant. Il est visible qu'ils ont lû dans le Grec l'un et l'autre, εἰς μετάθεσιν μὴ (au lieu de τήν) προϋπάρχουσαν ἤγαγε μουσικήν. Mais la suite justifie l'autre leçon.'

οὗτος γὰρ —διέρριψεν εἰς πλείονας φθόγγους] Haec verba in editionibus infra collocata sunt in c. XXX post ἀλλ' οὐδὲ Φιλόξενος, οὐδὲ Τιμόθεος. At falso. Tum enim ad Timotheum referenda essent, in quem non magis cadunt quam in Philoxenum. Sed ne ad Melanippidem quidem pertinere possunt, cui cum postea instrumentum decachordum tribuatur, septenarium numerum chordarum certe non primus mutavit. Praeterea iam ante Melanippidem multi nominantur, qui chordarum numerum auxerint. Etenim iam Pythagorae instrumentum octachordum per duo perfecta tetrachorda usu venit, cf. Boeckh. Philol. p. 71. Octavam chordam secundum Plinium H. N. VII, 57 Simonides Ceus Lasi aequalis invenisse perhibetur. Phrynis novenarium chordarum numerum induxit. Iam Io Chius apud Euclid. Harm. p. 19 lyram decachordam commemoravit. Quod etiamsi non eo valet, ut undecimam chordam Melanippidi tribuamus, nam Hendecachordum numquam in usu fuisse videtur, tamen illud puto apparet Melanippidem non eum esse, quem prae ceteris chordarum numerum auxisse Plutarchus referre potuerit. Contra si ad Lasum referuntur haec verba cum in c. XXX tum XXIX omnia bene procedunt. Lasus enim, ut tibiarum polyphoniam aequipararet, novos complures in lyra adhibuisse dicebatur, ad quam unice φθόγγοι διερριμένοι pertinent. Neque illud omittendum est veteres Lasum fidicinem modo non etiam tibicinem novisse, v. Scholl. Pind. p. 4. Supersunt verba ἕως εἰς Τέρπανδρον τὸν Ἀντισσαῖον eaque molesta. Nam si Lasus demum aut recentiorum aliquis antiquum chordarum numerum septenarium auxit, ineptum est dicere *usque ad* Terpandrum lyram septem chordis fuisse instructam. Itaque haec verba aut corrupta sunt, aut interpolatoris manum radunt, id quod mihi quidem vero similius videtur. Ceterum turbatum esse verborum ordinem in hoc loco etiam Wyttenbachius intellexit, qui verba ὁμοίως δὲ καὶ Μελανιππίδης — πλείονας φθόγγους hinc inferius collocanda esse censuit inter διε-

φθάρη et ὡς καὶ Φερεκράτης, nec non Boeckh. de Metr. Pind. p. 205 n. 8.

Cap. XXX.

Μελανιππίδης ὁ μελοποιός] Melanippides Melius poeta dithyrambicus e gente oriundus fuit, in qua filii peritiam musicam quasi per hereditatem quandam a patribus accepisse videntur. Nam et avus Melanippides et Crito pater inter lyricos poetas nomen habuerunt. Natu minor erat Diagora Melio (v. Suid. s. v.), maior Pherecrate et Democrito Chio musico (v. Aristot. Rhett. III, 9), quorum uterque in libris Melanippidis fecit mentionem. Itaque Athenis vixit inter Ol. LXXV et LXXXV et postea, unde Ol. XCI, 2 ad Perdiccam regem se contulit. Etiam Archelao regnante adhuc superstes fuit. Aetatem hominis ita Scheibelius de Mel. Mel. dithyramborum poeta part. I (progr. sch. Gubens. a. 1848) ingeniose composuit expeditis iis, quae de Melanippide apud Suidam turbato ordine legebantur. Melanippidis gentem citharoedicam artem coluisse e probabili coniectura colligitur, non ex certis veterum testimoniis. Quod si Plutarchus Comicorum vellicationes secutus Melanippidem primum posuit, qui post Lasum novarum rerum studio genuinam musicam corruperit, committendum est Aristodemi iudicium apud Xenoph. Mem. I, 4, 3, qui Melanippidem inter dithyrambicos tanti fecit, quanti Homerum Sophoclem Polycletum Zeuxidem in suo quemque genere. Quod iudicium Melanippidis quae supersunt fragmenta egregie confirmant. Chordarum numerum auxisse Melanippidem neque ex his Plutarchi verbis colligi potest, neque aliunde ea de re constat. At Suidae verba *Μελανιππίδης ὃς ἐν τῇ τῶν διθυράμβων μελοποιίᾳ ἐκαινοτόμησε πλεῖστα* suam lucem accipiunt e loco Arist. Rhett. III, 9 p. 1409 b ubi Melanippides antistrophorum loco anabolas recepisse dicitur.

Quid sit Anabole optime exposuit Scheibel. de Mel. p. II (progr. sch. Gubens. a. 1853). Proprie et ab initio erat introductio quaecunque cantilenae epicae vel lyricae, idem quod Prooemium. Strictiorem significationem accepit vocabulum circa Ol. LXXXV in poesi dithyrambica. Tum enim dithyramborum introductiones ita vocabantur, argumento arbitrario et diffuso ad ipsam dithyrambi fabulam parum aut nihil pertinente (cf. Scholl. Arist. Pac. 831), elocutione tumida et luxuriante inprimis circa verborum formationes et significationes inauditas, rhythmica autem compositione laxata et dissoluta, sublata scilicet divisione strophica, quae antiquioris dithyrambi propria fuerat, v. Aristot. Probl. XIX, 15: *οἱ διθύραμβοι, ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένοντο, οὐκ ἔχουσιν ἀντιστρόφους, πρότερον δὲ εἶχον.* Accedebat mixtus instrumentorum concentus tonorum mutatione saepe adhibita, secundum Dionysii verba supra commemorata.

Hactenus omnia plana videntur. Tamen si Anabolae di-

thyramborum erant introductiones, quomodo antistrophorum loco eas posuit Melanippides, quibus toti dithyrambi a fronte ad calcem compositi erant? Quid quod praeterea in fragmentis dithyramborum Pindaricis nulla antistrophorum vestigia reperiuntur, neque omnino verisimile est antistrophicae formae unquam Pindari dithyrambos adstrictos fuisse? Cf. Boeckhium ad fr. Pind. T. II p. 2 p. 575. Herm. Aristot. Poet. I, 2 p. 89. Porro ipse Pindarus iam de antiquo quodam et obsoleto dithyramborum genere loquitur apud Strab. p. 469, fr. 5. Boeckh. l. l. p. 581 sq. Quae cum ita sint, rectius Geppertus Theatr. Gr. p. 3 rem intellexisse videtur, qui Melanippidem antistrophorum in locum, quorum usum in dithyrambis iam sine antistrophis compositis aegre desideraverit, anabolas adscivisse censet. Ac mihi quidem in uno dithyrambo plures *ἀναβολαί* fuisse videntur, non a choro tantum, sed etiam a singulis cantatae, quibus singulis quibusque dithyrambi partibus quasi praeluderetur, non aliter ac in tragoediis omnia episodia canticis strophicis distinguuntur. Quodsi haec vera sunt, duo inde efficiuntur. Primum non sine idonea aliqua caussa Ulricium Hist. poes. lyr. p. 140 statuisse antistrophicam dithyramborum formam iam a Laso Pindari praeceptore sublatam esse, de quo dictum est ad c. XXIX. Deinde recte Geppertum O. Muellerum arguisse erroris, qui in Hist. Dorr. II p. 371 contenderit dithyrambum, quamdiu species fuisset artis lyricae Doriensium, fuisse antistrophicum: id quod Ulricius quoque p. 66 n. 5 e Dionys. C. V. c. 19 et e Plutarchi verbis colligendum esse censuit.

τὸ γὰρ παλαιόν, ἕως εἰς Μελανιππίδην] Postrema tria verba non minus interpolata videntur, quam superiora *ἕως εἰς Τέρπανδρον τὸν Ἀντισσαῖον.* Utut hoc est, minime dicit Plutarchus ipsum Melanippidem huius immutationis auctorem fuisse. Rectissime Bernhardy Hist. litt. Gr. I p. 323: wer eine solche trennung zuerst bewirkte, laesst diese Stelle zweifelhaft: der floetensieg des Sakadas in den Pythien hatte sie nicht entschieden, eher lässt uns der unwillige ton, womit Pratinas ap. Ath. XIV p. 617 B (*Πρατίνας δὲ ὁ Φλιάσιος, αὐλητῶν καὶ χορευτῶν μισθοφόρων κατεχόντων τὰς ὀρχήστρας, ἀγανακτεῖν τινας ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς κτλ.*) die floete zur frueheren dienstbarkeit verdammt, auf eine juengere Zeit schliessen.'

καὶ τὴν Μουσικὴν λέγουσαν] Libri *ποίησιν*. Sed annotavit Wyttenbachius: '*Μουσικήν* vertit Valgul. Burett. Certe auctor vel scripsit ita, vel scribere debebat. Item Brunck. ad Arist. Fragm. T. III p. 170 ita edidit.'

λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα] Hoc Pherecratis fragmentum in codicibus pessime corruptum primus e coniectura emendavit Brunckius l. l. Secuti sunt Heinrich. Epim. Cret. p. 190 sqq., Jacobs in Wolfii Anall. II p. 375, Hanov. Exercitt. crit. I p. 37 sqq., Burges Class. Journ. Fasc. XLIV p. 278 sqq., qui mira

perversitate hunc locum non emendavit sed foedavit, postremo Meinekius V. Cl. Fr. Comm. II p. 326, quem maximam partem Duebnerus secutus est. Ego Meinekii scripturam, qualem p. 334 exhibuit, integram recepi, in qua cum singula egregie emendata sint, tum recte versus qui antea 14—18 erant post octavum suum locum acceperunt. Iterum turbatus erat verborum ordo post v. 25, ubi sequitur in libris *καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει Φιλοξένου. καί φησιν, ὅτι εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη εἰσηνέγκατο. ἡ δὲ μουσικὴ λέγει ταῦτα· ἐξαρμονίους κτλ.* Sequentes versus eiusdem esse Pherecratis, et ex eadem fabula ex qua superiores petitos, primus Brunckius intellexit, probaverunt alii, postremo Meinekius ita, ut Bergkio suadente hos versus post v. 23 collocaret. Quo facto nulla alia emendatione opus est, quam ut verba *ἡ δὲ Μουσικὴ ταῦτα λέγει* tamquam librarii additamentum turbatum ordinem aliquatenus restituentis eiiciantur. Superest corruptela in versu quinto, ubi pro *χορδαῖς δώδεκα* — *χορδαῖσιν δέκα* legendum videtur. Praeterea versu decimo falsum est, quod libri exhibent *ἐν πέντε χορδαῖς**) (cod. Vat. *ἐν πενταχόρδαις*), pro quo Burettus, Marpurgius, postremo Meinekius *ἐν ἑπτὰ χορδαῖς* scripserunt. Sed legendum est *ἐν ἐννέα χορδαῖς*, de quo iam Ulricius p. 605 rectissime monuit. Vide quae supra de Phrynide annotavimus. Nuper etiam Bothius hunc locum pertractavit in Fragmentorum Comicorum collectione Parisina, a quo eam tantum verborum distinctionem recepi, quam v. 22 proposuit. Nam quae v. 5 coniecit:

χαλαρωτέραν τ' ἐποίησε χορδαῖς δώδεκα
(πρὶν ἕνδεκ' οὐσῶν)· ἀλλ' ὅμως οὗτος μὲν ἦν
ἀποχρῶν —

et v. 13: *ἀλλ' οὐκ ἀνεκτῶς οὗτος ἦν ὠμός γ' ὅμως*: nimis audacia et arbitraria sunt. Ex Meinekii et Hanovii commentariis haec iuvat exscribere:

v. 12: 'Discimus autem ex hoc loco Phrynin postea ad saniorem artis rationem rediisse, unde intelligitur haec post Aristophanis Nubes (v. 970) scripta esse.' *Mein.*

v. 13: 'Atticum dixit Cinesiam, non ut hunc Cinesiam ab

*) Toto coelo erravit Forkelius, quod in Hist. Mus. I p. 301 hunc versum ita vertit: 'nach ihm kam es dem Phrynis in den kopf, mich mit seinen koloraturen und laeufen zu missbrauchen, mich nach seinem gefallen zu biegen und zu drehen und aus seinen 5 saiten 12 verschiedene toene hervorzubringen' et deinde addit: 'aus dieser stelle laesst sich offenbar auf ein instrument mit einem halse schliessen, der als griffbret zur vervielfaeltigung der toene diente, so dasz die toene der 5 saiten bis zu 12 vermehrt werden konnten.' Quorum verborum immemor postea p. 322 ita disputavit: 'dass die alten durchaus kein instrument kennen, welches irgendwie ein griffbret gehabt haette, wusste schon Kircher. Mus. I p. 536.' Ceterum monendum est comici verba de duodecim harmoniis cum poetica quadam licentia prolata non ultra premenda esse.

alio Cinesia, quem Thebanum esse volunt, distingueret, quae Hanovii (l. l. p. 48) fuit sententia, sed ut Cinesiam reliquis poetis, Melanippidae Phrynidi et Timotheo, genere peregrinis, opponeret. Unum tantum fuisse Cinesiam lyrica arte clarum docui Hist. crit. p. 229.' *Mein.* p. 328.

v. 15: 'Versionibus stropharum *ἐξαρμονίοις* declarari arbitror saltationem chori cyclii, non congruentem illam neque cum modo tibiarum vel lyrae neque cum cantu. Itaque factum videtur in Cinesiae dithyrambis, ut chorus versiones faceret, antequam tibiis significarentur; quare ubi secundum musices rationem dextra debebat parte chorus collocatus esse, sinistra conspiciebatur et invicem. Atque haec quidem explicatio tum Schol. Ranarum 153, qui de Cinesia sic: *ἐν τοῖς χοροῖς πολλῇ κινήσει ἐχρήσατο*, tum comparatione confirmatur iocosa, qua Pherecrates utitur, hac: *καθάπερ ἐν ταῖς ἀσπίσιν ἀριστερ' αὐτοῦ φαίνεται τὰ δεξιά.* Ἀσπίδες enim ordines militum sunt, de qua significatione cfr. Bergler. ad Arist. Lys. 282 et Sturzium Lex. Xen. I p. 444. In ordinibus autem militum nullius dextra pars sinistra potest videri, ubi frontem ordinum aspicis, nisi si quis tergum vertit; itaque simul ignaviam Cinesiae poeta cavillatur, quae item haud obscure notatur a Lysia Ἀπολ. δωροδ. p. 708 Reisk.: *καὶ ὧν Κινησίας οὕτω διακείμενος πλείους στρατείας ἐστράτευται. οὗτοι περὶ τῶν τῆς πόλεως ἀγανακτοῦσι.* Patet igitur Musicam, licet non mutatam, tamen quodammodo corruptam a Cinesia esse et debilitatam, saltationis et tibiarum sublata congruentia.' *Hanov.*

v. 23: '*ᾄδειν μυρμηκιάς* nihil aliud significat quam cantillare aliquid, quod propter incredibilem sonorum varietatem formicarum ultro citroque discurrentium similitudinem referat.' *Mein.*

καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμικός] Spectatur Aristophanis fabula nescio quae deperdita. Explicavit locum Meinek. Hist. Crit. p. 89 sq. Quae Bothius de Aristophanis fabula *Μουσικοί* inscripta ariolatus est, prorsus vana sunt.

Cap. XXXI.

Ὅτι δὲ περὶ τὰς ἀγωγάς] Ἀγωγή, de cuius vocabuli notione rhythmica et harmonica diximus in annotatione ad c. XXIX, hoc loco nihil aliud significat quam *παιδεία*. Ita saepius apud Plutarchum cum in libro de puerorum educatione, tum alias ut in sequente capite. In universum Sextus Empiricus p. 34, 4 Bekk. *ἀγωγήν* interpretatur per: *αἵρεσις βίου ἢ τινος πράγματος περὶ ἕνα ἢ πολλοὺς γινομένη.*

Διονυσίου τοῦ Θηβαίου] Redit huius viri memoria, qui Epaminondam citharoedicam artem docuit, apud Corn. Nep. Epam. c. 2: 'nam et citharizare et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio, qui non minore fuit in musicis gloria quam Damon et Lamprus quorum pervulgata sunt nomina.' Fortasse idem

est Dionysius, cuius filius Antigenidas perhibetur apud Harpocrationem.

ὡς καταφρονῆσαι τῶν καλῶν] Legendum videtur *καταφρονήσαντα* et in sequentibus *τὰ Φιλοξένου τε καὶ Τιμοθέου.*

Cap. XXXII.

τὸν ἀρχαῖον ἀπομιμείσθω τρόπον] His verbis Plutarchus quasi summam totius dialogi comprehendit Aristoxenum secutus auctorem sententiae.

τριῶν γὰρ ὄντων γενῶν] Libri perperam *μερῶν*, quod tum demum ferri potest. si plura hoc loco excidisse statuimus. Idem iam Burettus intellexit.

καὶ Μαντινεῖς καὶ Πελληνεῖς] Conferantur notae in c. IX. XXVII, et Polybii locus ibi laudatus.

Cap. XXXIII.

μεταβολῶν συστηματικῶν ἐστι γνωστική] 'In Harmonicae artis partibus enumerandis melopoeia ab aliis scriptoribus adsumitur, ab aliis omittitur. Nam neque Plutarchus de musica c. 33, neque Nicomachus et Ptolemaeus et qui Ptolemaeum explicavit Porphyrius de hac parte afferunt quidquam, cuius rei caussa ea esse videtur, quod Harmonicam theoreticam, non practicam scientiam esse volunt: id quod de Porphyrio certe (I. 1 ed. Wall.) affirmare licet. Melopoeiam autem ex practico genere esse, docet Arist. Quint. p. 8. Vide Dissert. de harm. scient. Graec. p. 17.' Ita Bojesenus de metabole et melop. Graec. p. 40. At mihi vitium latere videtur in praecedente vocabulo *συστηματικῶν*, quod ortum censeo librarii errore e supra scripto *συστημάτων καί*, quo recepto alia quaedam, velut *καὶ μελοποιίας* interciderint. Nam cum quattuor fuerint mutationum genera, *γενική. συστηματική. κατὰ τρόπον. κατὰ ἦθος*, in harmonica scientia tractata omnia, profecto nemo intellegit, quam ob caussam unam tantum eamque leviorem commemoraverit Plutarchus.

ὡς οἷον εἰπεῖν ἐνμούσως] Libri exhibent: *ὅμοιον* vel *ὡς οἷον εἰπεῖν ἐν μούσοις* vel *μουσικοῖς*. Burettus coniecit *οἷον εἰπεῖν ἐν μουσικοῖς*. Wyttenbachius *καὶ οἷον εἰπεῖν ἐνμούσως*.

ἢ τὸν Ὑποφρύγιόν τε καὶ Φρύγιον ἐπὶ τὸ μέσον] Postrema verba necessario scribenda fuerunt, pro quibus in libris est *τὴν μέσην*. Ceterum totum hunc locum Boeckhius de Metr. Pind. eo valere censuit, ut Hypophrygium tonum et Phrygium nec non Dorium et Mixolydium, qui *διὰ τεσσάρων* intervallo invicem distabant, aequo concentu paraphonico, quem nos vocamus concentum harmonicum, a Graecis adhibitos esse statueremus. 'Hic si Plutarchus' inquit 'dicere voluisset, an recte poeta medio cantico adhibuisset sive Hypophrygium sive Phrygium, atque fini sive Mixolydium sive Dorium; dixisset certe, ἢ τὸν Ὑποφρύγιον ἢ Φρύγιον. et deinde ἢ τὸν Μιξολύδιον ἢ Δώριον. Sin ea esset sententia, an recte poeta in medio cantico usus esset primum Hypophrygio, deinde Phrygio post Hypophrygium, et in exitu primum Mixolydio, deinde Dorio: dixisset scriptor, ἢ τὸν Μιξολύδιόν τε καὶ τὸν Δώριον atque ἢ τὸν Ὑποφρύγιον τε καὶ τὸν Φρύγιον, quia uterque est distinctus. Ita ubi legitur ὁ ἰατρός τε καὶ ὁ παιδοτρίβης. diversi hi sunt homines: at ubi est ὁ ἰατρός τε καὶ παιδοτρίβης. est is unus idemque. Sic igitur ὁ Ὑποφρύγιός τε καὶ Φρύγιος atque ὁ Μιξολύδιός τε καὶ Δώριος significare videtur, simul cantatos et mistos fuisse Hypophrygium et Phrygium, Mixolydium et Dorium, distantes diatessaron intervallo.' — Certe duo substantiva per τε καί sine articulo coniuncta apud accuratos scriptores, quorum tamen in numero non est Plutarchus, aliquam unitatem notant. At recte Trinklerus Harm. p. 41 monuit, hanc unitatem non quaerendam esse in usu paraphonico, sed in ethico utriusque toni typo sive charactere. Ita Plutarchus in c. XVI narravit poetas tragicos Mixolydium Dorio coniunxisse, *ἐπεὶ ἡ μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἀξιωματικὸν ἀποδίδωσιν, ἡ δὲ τὸ παθητικόν. μέμικται δὲ διὰ τούτων ἡ τραγῳδία.* Sic etiam Phrygius et Hypophrygius conveniunt in incitato typo, quasi bacchico aliquo furore. V. Aristot. Poll. VIII, 7 p. 1342, 46 et Problem. XIX. 30.

ἡ ἁρμονικὴ πραγματεία] Ita Wyttenbachius praeeunte Buretto correxit vulgatam *τῇ ἁρμονικῇ πραγματείᾳ*. Sic in fine capitis : *καὶ περὶ αὐτῶν τῶν παιωνικῶν ῥυθμοποιιῶν ἀπορεῖται. πότερόν ἐστι διαγνωστικὴ ἡ ῥυθμικὴ πραγματεία τούτων. καθάπερ τινές φασιν. ἢ οὐ διατείνει μέχρι τούτου.*

ἡ γὰρ καλουμένη ἁρμονία — πολὺ διέστηκε τὸ ἦθος τῆς ἀναπείρας] Enumerantur singulae partes e quibus Olympi nomus in Minervam constabat, *ἀρχή. ἀνάπειρα, ἁρμονία*. Rem illustrat Strabonis locus de nomo Pythio allatus in annot. c. XXI, cuius partes nominabantur *ἄγκρουσις. ἄμπειρα* rell. Si Harmoniae nomen recte se habet, ita vocata est haec nomi pars, quia unice genere enharmonio utebatur. Burettus: 'je suis persuadé que *ἁρμονία* se doit prendre ici pour le corps de la piece ou du cantique, ainsi nommé, ou du genre enharmonique, dans lequel il était composé, ou de l'assemblage de toutes ses parties, qui ne faisoient qu'un tout, *εὐάρμοστον* (probe compactum et coagmentatum).'

τὴν τοῦ παίωνος ξύνεσιν] Ita codices Parisini probante Wyttenbachio in Lexico Plutarcheo. *ξύνθεσιν* ab eodem probatum in annotatione et a Duebnero receptum, ortum est e versione Xylandri. reliqui *ξύνοισιν* sine sensu. *ξύνεσις* alicuius rei solum *τὸ τί* spectat, non *τὸ πρός τί*. Sic infra c. XXXVI: *λέγω δὲ τῆς συντεινούσης εἰς τὴν τοῦ ἡρμοσμένου ξύνεσιν καὶ ἔτι τὴν τοῦ ῥυθμοῦ.*

Cap. XXXIV.

τριῶν δ' ὄντων γενῶν] Quae hoc in loco in initio capitis sequuntur, mirum in modum expositionis ordinem turbant. Itaque Burettus probante Wyttenbachio ea inferius in c. XXXVII inter *ἐπιχειρήσαντα* et *Πυθαγόρας* indicavit reponenda esse. Praestat tamen ea fronti c. XXXVIII praeponere, quod fecissem profecto, nisi a sciolo quodam interpolatore profecta viderentur haec verba, qui Aristoxenum compilavit. Nam sententia tota Aristoxeni est, v. Harm. I, 2. II, 35. Itaque uncinis haec inclusi.

καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, ὁμοδρομεῖν δεῖ] Haec Plutarchi verba cum iis conveniunt, quae Ptolemaeus in Harmonicorum libri primi capite primo *περὶ τῶν ἐν ἁρμονίᾳ κριτηρίων* accuratius exposuit. Hoc autem illud erat, in quo tamquam in cardine tota lis inter praestantissimas veterum musicorum scholas versabatur. Cf. Ptolem. Harm. I, 2 p. 8: ταύτης δὲ τῆς προθέσεως (scopi harmonici utrumque criterium adhibendi) οἱ μὲν οὐδ' ὅλως ἐοίκασι πεφροντικέναι μόνῃ τῇ χειρουργικῇ χρήσει καὶ τῇ ψιλῇ καὶ ἀλόγῳ τῆς αἰσθήσεως τριβῇ προσσχόντες, οἱ δὲ θεωρητικώτερον τῷ τέλει προσενεχθέντες. οὗτοι δ' ἂν μάλιστα εἶεν οἱ Πυθαγόρειοι καὶ οἱ Ἀριστοξένειοι. διαμάρτειεν ἂν ἑκάτεροι. οἱ μὲν γὰρ Πυθαγορικοί, μηδὲ ἐν οἷς ἀναγκαῖον ἦν πᾶσι τῇ τῆς ἀκοῆς προσβολῇ κατακολουθήσαντες, ἐφήρμοζον ταῖς διαφοραῖς τῶν ψόφων λόγους ἀνοικείους πολλαχῇ τοῖς φαινομένοις, ὥστε καὶ διαβολὴν ἐμποιῆσαι τῷ τοιούτῳ κριτηρίῳ παρὰ τοῖς ἑτεροδόξοις. Οἱ δὲ Ἀριστοξένειοι, πλεῖστον δόντες τοῖς διὰ τῆς αἰσθήσεως καταλαμβανομένοις, ὁδοῦ πάρεργον ὥσπερ κατεχρήσαντο τῷ λόγῳ, καὶ παρ' αὐτὸν καὶ παρὰ τὸ φαινόμενον. παρ' αὐτὸν μέν, ὅτι μὴ ταῖς τῶν ψόφων διαφοραῖς ἐναρμόζουσι τοὺς ἀριθμούς, τουτέστι τὰς εἰκόνας τῶν λόγων, ἀλλὰ τοῖς διαστήμασιν αὐτῶν. παρὰ τὸ φαινόμενον δέ, ὅτι καὶ τούτους ἐπὶ ἀνοικείων ταῖς αἰσθητικαῖς συγκαταθέσεσι παραβάλλουσι μερισμῶν.

Cap. XXXV.

Ἀεὶ γὰρ ἀναγκαῖον] Quanti haec verba facienda sint ad veram intelligendam et propriam musicae Graecae naturam, Ulricius exposuit Hist. poes. lyr. p. 31.

τὸ λεγόμενον] Amyotus vertit: 'ce qui s'appelle les moeurs.' Itaque legit τὸ λεγόμενον ἦθος. Male.

καὶ συνορᾶν τό θ' ἁμαρτανόμενον] Huc referendum est mirum illud Plutarchi dictum de rect. rat. aud. c. 7: ὡς γὰρ τῶν ὑπὸ αὐλῶν ᾀδόντων αἱ πολλαὶ τοὺς ἀκούοντας ἁμαρτίαι διαφεύγουσιν, οὕτως περιττὴ καὶ σοβαρὰ λέξις ἀντιλάμπει τῷ ἀκροατῇ πρὸς τὸ δηλούμενον. Loquitur de auditoribus idiotis, non de iis, qui musicam habent exercitationem, vel musicam ipsi profitentur. Paullo aliter Choeroboscus in Bekk. An. p. 1186, quo loco musicorum de ι ἀνεκφωνήτῳ grammatico profert sententiam: ὅτι ἐκφωνεῖται μέν, οὐκ ἐξακούεται δὲ διὰ τὸ μέγεθος τῶν μακρῶν φωνηέντων — ὥσπερ αὐλοῦ καὶ ὀργάνου ἠχούντων ὁ αὐλὸς οὐκ ἐξακούεται διὰ τὸ μείζονα ἦχον ἔχειν τὸ ὄργανον καὶ καλύπτειν τὸν τοῦ αὐλοῦ ἦχον ἀσθενέστερον ὄντα.

κατὰ τὴν χρῆσιν τῶν] Vulgatus verborum ordo τῶν κατὰ τὴν χρῆσιν ἀσυνθέτων μερῶν ferri nequit. Nam φύσει sunt partes incompositae, itaque in harmonica tractantur disciplina, χρήσει autem sive usu semper sunt coniunctae.

Cap. XXXVI.

οὐ γὰρ οἷόν τε τέλεον γενέσθαι μουσικόν] Huius formae proprie Ionicae, sed etiam Atticis scriptoribus usitatae, exempla ex aliis Plutarchi scriptis petita Wyttenbachius dedit in Lexico. Frequentior tamen apud eum altera forma τέλειος.

πειρατέον καταμαθεῖν] Subobscura hoc in loco est Plutarchi argumentatio, de quo iam Burettus monuit T. XXVI p. 59: 'la principale difficulté consiste à savoir pourquoi l'insuffisance du musicien à juger souverainement en fait de Musique, vient, en premier lieu, de ce que les choses soumises à son jugement, sont les unes parfaites (τέλεια), les autres imparfaites (ἀτελῆ).'

ἢ ἡ ἑκάστου αὐτῶν ἑρμηνεία] αὐτῶν scripsi pro αὐτοῦ. Quid sit ἑρμηνεία supra dictum est.

δεύτερον — καὶ αὐτή] 'Haec Burettus hinc inferius collocanda censet (in fine capitis) inter ποιήμασιν et ἅτε οὐκ. Non video cui bono.' *Wyttenb.* In sequentibus autem scripsi αὐλῳδοῦ pro αὐλητοῦ et τῆς αὐλῳδικῆς ἑρμηνείας pro τῆς αὐλητικῆς ἑρμηνείας, quia luce clarius est hic de musica tibina cantui succinente, non de tibiis assis sermonem fieri. Hanc quoque causam fuisse censeo, cur Burettus hoc in loco de transponendis verbis cogitaverit.

Cap. XXXVII.

Ἀργείους μὲν γὰρ — φασί] Maxima erat Argivorum laus musica cum inter Dorienses, tum inter reliquos Graecos. Herodoto teste III, 131 Argivi Polycratis aetate Ol. LXVII *μουσικὴν εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι* putabantur. De Sacada et Hierace dictum est ad c. IX. Etiam Lasus Argivus fuit nec non Telesilla poetria. Recentiore quoque aetate tibicinum Argivorum gloria perduravit, v. Schneidew. in Simon. Cei rell. p. 198. *Aristo* tibicen Argivus commemoratur in epigrammate Simonidis vel Bacchylidis apud Gaisford. Poett. Gr. minn. T. I p. 383, v. Nevius Bacch. fr. 61. Praeterea certum quoddam tibiarum genus Argivum vocabatur, Paus. IV, 27, 4. Cf. Mueller. Dorr. II p. 332.

ἐπιχειρήσαντα] Bis per errorem librarii repetitum videtur hoc vocabulum, itaque priore in loco uncinis inclusi. Deinde scri

tum est ταῖς πλείοσι pro τοῖς πλείοσι. Verbum παραμιξολυδιάζειν autem cum Buretto interpretor: ex Mixolydio tono in alium vicinum ac cognatum transire, qui non alius esse potuit, quam Hyperionius.

Cap. XXXVIII.

μηδὲ τὴν τυχοῦσαν ἀντίληψιν — τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν] Quae supra in c. XI leguntur: ῥᾴδιον δ' ἐστὶ συνιδεῖν. ἐάν τις ἀρχαϊκῶς τινος αὐλοῦντος ἀκούσῃ κτλ., Aristoxeni aetatem spectant, non Plutarchi. At quod Plutarchus antiqua genera sola musicorum ignorantia in desuetudinem abiisse censet, praeiudicata quadam opinione deceptus ita statuit. Quippe cuius rei caussa in eo posita esset, quod aures mollioribus sonis adsuetae iam eiusmodi intervalla, qualia chromatici et enharmonii generis propria essent, fastidirent et diatonum potius genus tamquam naturale prosequerentur. Qua de re multo maiore iudicio quam Plutarchus Ptolemaeus disseruit Harm. I, 16. Omninoque Plutarchus paullo iniquius iudicium de musicis suae aetatis tulisse videtur. Nam quae in sequente capite de iis rettulit, prorsus incredibilia sunt.

τὴν ἐναρμόνιον δίεσιν] Diesis in universum aliquota soni pars est, pro genere quarta, tertia, dimidiata. Cf. Boeckh. Philol. p. 74. Plerumque tamen, ut apud Aristoxenum, soni quartam partem significat, quam, qui accuratius loqui volunt, diesin enharmoniam vocant, v. Euclid. Harm. p. 10. Proclus in Plat. Tim. p. 191 E: ἔστι δὲ ἡ δίεσις τὸ οἷον τέταρτον τοῦ τόνου. οὐκ ὂν κατ' ἀλήθειαν τέταρτον. ὥσπερ οὐδὲ τὸ λεῖμμα ἡμιτόνιον ἀκριβῶς — καὶ τὸ ἡ μ ι τ ό ν ι ο ν τ ῶ ν π α λ α ι ῶ ν τ ι ν ε ς δ ί ε σ ι ν ἐ κ ά λ ο υ ν. Hoc fecerunt Pythagorici, Theo Mus. c. 12.

τοῦ συντόνου διατόνου] καί, quod post συντόνου in editionibus sequitur, cum Buretto T. XXVI, 68 eieci. τὸ σύντονον διάτονον nihil aliud est, quam ipsum diatonicum genus, v. nott. in c. XI. Itaque recte Burettus vocabula συντόνου καὶ vertendo omisit, quem Wyttenbachius eam ob caussam vituperare non debebat. Aliud καί abundare censeam apud Dion. Chrysost. or. II, 35: τῷ παντὶ γὰρ κρείττων οὗτος κόσμος τῶν ἱερῶν, ἢ σμαράγδων καὶ σαρδίων καὶ ὀνύχων. l. καὶ σαρδίων ὀνύχων h. e. σαρδονύχων.

Cap. XXXIX.

τάς τε λιχανοὺς καὶ τὰς παρανήτας] Nonne Plutarchus dicere debebat καὶ τὰς παρυπάτας?

Cap. XL.

μάθε, φησὶν Ὅμηρος] Homeri verba sunt Il. I, 186—189, unde in versu secundo ἐπί scripsi pro περί, quod ferri non potest.

Ceterum Plutarchi interpretatio huius loci in universum cum ea convenit, quam Porphyrii scholia ibidem exhibent et Sext. Empir. adv. Mus. p. 750, 4. Similia ac in sequentibus capitibus, quorum partem ex Aristoxeno fluxisse legimus, de aliis quibusdam Homeri versibus Athenaeus tradidit XIV p. 627 E. F. Potest etiam conferri Plutarch. de audd. poett. c. 4, quo loco Odysseae versus

ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι. καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον

ingeniose illustratur. Praeterea huc faciunt Alexandri verba apud Dion. Chrys. or. II, 28 et quae de eodem Alexandro narrantur apud Plutarch. de fort. Alex. II, 9, vit. Alex. c. 15, Ael. V. H. IX, 38, Stob. Serm. 48. Cf. Geier. Alex. et Aristot. p. 120.

ἀρχοῦντι γυμνάσιον ἐξεῦρεν] Eandem sententiam profitetur Aristot. Poll. VIII, 2 p. 1337 sqq. A veteribus vim musicae in instituendis puerorum animis eam ob caussam imprimis tanti aestimatam esse, quia natura humana ita comparata sit, ut non solum rectum negotium, sed etiam pulcrum otium requirat: τὴν μὲν γὰρ ὡς ἡδονῆς χάριν οἱ πλεῖστοι μετέχουσιν αὐτῆς (μουσικῆς), οἱ δ' ἐξ ἀρχῆς ἔταξαν ἐν παιδείᾳ διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτὴν ζητεῖν, ὅπερ πολλάκις εἴρηται, μὴ μόνον ἀσχολεῖν ὀρθῶς, ἀλλὰ καὶ σχολάζειν δύνασθαι καλῶς.

Χείρων — μουσικῆς διδάσκαλος] Chironem musicum praeterea norunt Scholl. Il. Λ 219, Scholl. Arat. 436. Scholl. German. p. 135 sq., Dio Chrys. or LVIII, 3. Herculem musicam docuit Linus, de quo suo loco dictum est ad c. III. Fabula inepte ad Alexandrum Philippi translata est apud Ael. V. H. III, 32. Cf. Geier. l. l. p. 48. Vocabulum παιδευτής Plutarcho frequens est, v. Lex. Plut.

Cap. XLI.

διὰ μουσικῆς δέ] Libri τε.

μηθενὶ μήτ' ἔργῳ μήτε λόγῳ] Formas οὐθείς et μηθείς, quarum priorem Atticismi serioris esse dixit Porsonus ad Eurip. Med. v. 128, apud recentiores inde ab Aristotelis aetate saepius inveniri Lobeckius docuit ad Phryn. p. 182. In usurpandis his formis fluctuant librarii, fluctuant et ipsi scriptores mirum in modum. Alterius rei luculentum exemplum exhibet Dionysii Halicarnassensis optimus codex Gisianus, in quo hae formae fere semper per δ litteram scribuntur, quae in aliis libris per θ proferuntur. Alterum probo ex Dione Chrysostomo et Iuliano. E Dione cum οὐθέν XLVIIies in schedulas meas rettulerim, XXI exempla e sola oratione trigesima prima petita sunt. Apud Plutarchum non nimis frequentia sunt numero, frequentiora in hoc ipso dialogo (οὐθέν c. V, οὐθείς c. XXXIII). Locis a Wyttenbachio congestis in Lexico adde μηθέν de an. procr. p. 1015 B. non posse suav. p. 1086 D. Nonnullis in locis Wyttenbachius codicum auctoritatem neglexit vulgari scriptura recepta.

Cap. XLII.

Τέρπανδρον δ' ἄν τις παραλάβοι] De Terpandro v. nott. in c. III. 'propter vim carminum arcanam et miraculi similem, qua Spartanorum animos tranquillavit *μέστιδα μολπήν* Christodorus Terpandro tribuit Ecphr. v. 111.' Lobeckii sunt verba Aglaoph. p. 306 n. Apud eundem p. 314, typothetae puto errore, qui aliquot versus omisit, quamquam Lobeckius ipse in corrigendis nihil hac de re notavit, factum est, ut quae de Thaleta narrantur ad Abarin translata sint: id quod eam ob caussam commemoro, ne quis summi viri quae videntur verbis sine testium examine abutatur.

ἐπεὶ φθάσας — προαπέφηνας] Respicit Soterichus locum capitis secundi. Notanda est activa forma verbi *προαποφαίνω*, cum mediales tantum Lexicographis innotuerint.

τὸ τῆς ψυχῆς καθάρσιον καὶ ἐμμελές] Plutarchi sententiae simillima, elegantiora tamen, protulit Dio Chrys. or. XXXII, 57: *ἥ τε μουσικὴ θεραπείας ἕνεκα τῷ ἀνθρώπῳ εὑρῆσθαι δοκεῖ τῶν παθῶν. καὶ μάλιστα δὴ μεταστρέφειν ψυχὰς ἀπηνῶς καὶ ἀγρίως διακειμένας. διὰ τοῦτο καὶ τῶν φιλοσόφων ἔνιοι πρὸς λύραν αὑτοὺς ἡρμόσαντο ἕωθεν ἀποπαύοντες τῆς διὰ τῶν ὀνειράτων ταραχῆς. καὶ θεοῖς μετὰ μέλους θύομεν, ἵνα εὔτακτοι καὶ καθεστηκότες ὦμεν. ἕτερος δὲ αὖ τρόπος αὐλοῦ τε καὶ ᾠδῆς ἐν πένθεσιν ἰωμένων οἶμαι τὸ σκληρὸν καὶ ἄτεγκτον τοῦ πάθους, θηλυτέραν δὲ τὴν λύπην ἐργαζομένων δι' ᾠδῆς λανθανούσης μετὰ γόων. ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τὰ φλεγμαίνοντα τῶν ἑλκῶν ὑγραίνοντες καὶ μαλακοποιοῦντες ἀνώδυνα ἔθηκαν.* Huc pertinent primum narratio de iuvene modo spondiaco ab insania curato, quam ad Pythagoram rettulit Sext. Empir. adv. Mus. p. 749, 23 nec non Iambl. v. Pyth. c. 112, ad Damonem musicum Galen. de Hippocr. et Plat. IX, 5; deinde de Clinia Pythagoreo apud Athen. XIV, 624 A et Ael. V. H. XIV, 23; de Achille iram compescente; ea denique, quae secundum sacram scripturam de Davide Saulum cinyrae pulsatione placante rettulit Ioseph. Antiqq. VI, 8, 2. Ad medicum musicae usum faciunt, quae ex Theophrasto tradidit Athen. l. l., et quae de ischiade per Ismeniam cantu tibiae curata Boethius narravit de Mus. I, 1.

ἐγκυκλίους] Ita scripsi ex Wyttenbachii coniectura pro vulgato *ἐπικυκλίους* vel *ἐπικυλικείους*, quod praeeunte Salmasio et Hemsterhusio in textum recepit Duebnerus. *ἐγκύκλιος παιδεία* in Soterichi laudatur in c. XIII.

Cap. XLIII.

τὴν αὑτοῦ ἐφύλαξεν] Vulgo perperam *τὴν αὐτὸς αὑτοῦ ἐφύλαξεν.*

παρὰ πότον, ὡς ὁ καλὸς Ὅμηρος] Ita e correctione Bryani aliorumque Wyttenbachius, Duebnerus, quos sequor. Libri *παρατετονὼς ὁ καλὸς Ὅμηρος.*

εἰς τὰ δεῖπνα καὶ τὰς συνουσίας τῶν ἀρχαίων] Ex oratione Dionis supra commemorata inprimis huc facit c. 58: *οὐχ ἧττον δὲ καὶ περὶ συνουσίας ἔδοξε πρέπειν ἡ μουσικῆς δύναμις ἁρμονίαν καὶ τάξιν αὐτόματον ταῖς ψυχαῖς ἐπεισάγουσα καὶ τὸ σφαλερὸν τῆς ἐν οἴνῳ τέρψεως παραμυθουμένη μετὰ ξυγγενοῦς δυνάμεως. ὥσπερ αὐτῷ συγκεραννύμενον ἐμμελὲς γίγνεται καὶ μέτριον.* Uterque fortasse eundem Aristoxeni locum respexit.

τάξει τε καὶ συμμετρίᾳ] Conferri potest locus Plutarchi de superstit. c. 5: *Μουσικήν φησιν ὁ Πλάτων ἐμμελείας καὶ εὐρυθμίας δημιουργὸν ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν οὐ τρυφῆς ἕνεκα καὶ κνήσεως ὤτων δοθῆναι. ἀλλὰ τὸ τῶν τῆς ψυχῆς περιόδων καὶ ἁρμονιῶν ταραχῶδες καὶ πεπλανημένον ἐν σώματι. μούσης τε καὶ χάριτος ἐνδείᾳ πολλαχῇ δι' ἀκολασίαν καὶ πλημμέλειαν ἐξυβρίζον. αὖθις εἰς τάξιν ἀνελίττουσαν οἰκείως καὶ περιάγουσαν παρεῖναι.* Wyttenbachius, non ex uno, inquit, Platonis loco sumta, sed pluribus in libris sparsim tradita, indeque collecta sunt. *ψυχῆς περίοδοι* ex Tim. p. 552 A. E. *ἀνελίξεις τοῦ παντὸς* p. 175 A. D. p. 182 A. plurima tamen ex eodem Timaeo p. 533 E, unde profecit Philo de victim. offer. p. 859 E. Cf. Theo Math. Plat. p. 12.

Cap. XLIV.

Οἱ περὶ Πυθαγόραν] De musico sphaerarum concentu secundum Pythagoreos nota est res. Notabilis ea de re locus extat apud Lydum de Menss. II, 2. Ceterum Pythagoras hanc doctrinam ab Aegyptiis mutuatus est, siquidem ulla fides iis habenda, quae Seyffarthus tradit de Aeg. vet. scr. theol. I, 5 p. 33. Platonis sententias ipse Plutarchus exposuit in libro de animi procreatione secundum Timaeum. *Archytam Tarentinum* musicam inprimis calluisse docet Ptolem. Harm. I, 13: *Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος μάλιστα τῶν Πυθαγορείων ἐπιμεληθεὶς μουσικῆς.* quo in capite generum divisionem et tetrachordorum secundum Archytam recenset. Cf. Boeth. de Mus. V, 15 p. 1171. Aliam Archytae de rebus musicis opinionem servavit Theo mus. c. 13. Librum de tibiis scripsisse Archytam auctor est Athen. IV p. 184 E. Sed confudisse videtur Archytam Tarentinum et *Archytam Mitylenensem* musicum a Diog. Laert. VIII, 82 commemoratum, quem Menagio indice ipse Athen. XIII p. 600 F Harmonicum vocavit. Eiusdem sine dubio Archytae librum harmonicum citavit Nicom. de Arithm. I. Tarentini enim Archytae scripta nulla commemorat Diogenes. Cf. Themist. or. XVII p. 215 C: *ἐῶ δὲ Πιττακὸν καὶ Βίαντα καὶ Κλεόβουλον, ἐῶ δὲ Ἀρχύταν τὸν Ταραντῖνον, οἳ πλείοσι πράγμασιν ὡμίλησαν ἢ συγγράμμασι.*

DE

ORGANIS SIVE INSTRUMENTIS VETERUM MUSICIS EPIMETRUM.

§. 1.

De Instrumentorum partitione.

Organorum sive instrumentorum musicorum apud veteres ut apud recentiores tria fuerunt genera: genus percussionale (schlaginstrumente), genus tensibile (saiteninstrumente), genus inflatile (blasinstrumente). Ita Cassiod. de Mus. p. 573. Neque aliter Athen. XIV p. 636 E, nisi quod alio ordine instrumenta partitur in ἐμφυσώμενα, χορδαῖς διειλημμένα. ψόφου μόνον παρασκευαστικά. sive mutatis nominibus in ἐμπνευστά. ἔγχορδα sive ἐντατά. ἔνηχα. Praeter ἐμπνευστά et ἐντατά Bellermanni Anonymus p. 27 ψιλά commemoravit, quibus etiam vocem humanam comprehendit. Pertinent autem ad genus percussionale, unde initium capiendum, quia imperfectissimum est, Crepitacula, Cymbala, Sistra, Tympana. Ad genus inflatile Fistulae, Tibiae, Tubae et Cornua, nec non Hydraulica, quamquam de his Athenaei aetate dubitabatur, utrum ad ἐντατά an ἔμπνευστα pertinerent. Denique ad tensibile genus prae aliis Lyrae Citharaeque et varia Psalteria.

§. 2.

De Crepitaculis, Sistris. Acetabulis.

Inter crepitacula Κρέμβαλα admodum cum iis conveniebant, quae nobis vocantur castagnetten. Erant aenea auro inducta et digitis concutiebantur, v. Athen. XIV p. 636 C. Inde derivata sunt vocabula κρεμβαλίζειν. κρεμβαλιάζειν. κρεμβαλιαστύς iam auctori Hymni Homer. in Apoll. v. 162 notum. Proxime accedebat Πλαταγή sive *Crotalum*. Vulcani hoc inventum a Minerva acceperat Hercules ad abigendas aves Stymphalides, Schol. Apoll. Rhod. p. 441, 14. Postea πλαταγή infantium ludicrum erat, cuius inventorem Aristot. Politt. VIII, 6, 1 Archytam exhibet: certe non philosophum, ut perperam statuit Suidas, neque musicum Mitylenensem a philosopho diversum, sed Archy-

tam architectum, quem ex Vitruvio novimus. V. Diogen. II, 98 et Mich. Apost. XIV, 37: ὁ γὰρ Ἀρχύτας τέκτων ὢν ἐπενόησε πλα- ταγήν, ἣν ἐδίδοσαν τοῖς παιδίοις, ἵνα μηδὲν τῶν κατ᾽ οἰκίαν σκευῶν διασαλεύσωσιν. Conferantur de πλαταγῇ Lobeck. Aglaoph. p. 701, Lampius de cymb. vett. I, 9.

Proprie tamen Crotalum erat lignum vel arundo fissa a parte extrema. Schol. Arist. Nubb. v. 260: κρόταλον ἰδίως ὁ σχιζόμενος κάλαμος κατασκευαζόμενος ἐπίτηδες, ὥστε ἠχεῖν εἴ τις αὐτὸν δονοίη ταῖς χερσὶ καθάπερ κρότον ἀποτελῶν. (Cf. Scaliger in Cop. Virg. p. 254, in Euseb. p. 156, quem laudat Hildebrand. Excurs. ad Apul. Metam. p. 721 (T. II p. 652). Sonus crotali admodum aequabat ciconiae cantum, quam avem fuerunt qui eam ob caussam crotalistriam vocarent, Laber. apud Petron. c. 55. Crotalistria Phidis convivio interest apud Propert. V, 8, 39. Instrumenti imaginem exhibet Pignor. de serv. p. 87. Neque multum distabat Ψιθύρα sive Ἄσκαρον, de quibus ita Poll. IV, 60: ψιθύρα δέ, τὸ μὲν εὕρημα Λιβυκόν, μάλιστα δὲ Τρωγλο- δυτῶν, τὸ δὲ σχῆμα τετράγωνον. ἔνιοι δὲ τὴν ψιθύραν τὴν αὐτὴν εἶναι τῷ ἀσκάρῳ ὀνομαζομένῳ νομίζουσιν. τὸ δ᾽ ἦν πλινθίον πη- κτεῖον, ἔχον διαλλαττόμενα πηνία, ἃ περιστρεφόμενα ἦχον ἐποίει κρο- τάλῳ παραπλήσιον. Eodem pertinet Ῥόμβος, quem Apoll. Rhod. I, 1139 Phryges cum tympano in Rheae sacris adhibuisse tradit, ubi Scholia p. 372, 14: ῥόμβος τροχίσκος, ὃν στρέφουσιν ἱμᾶσι τύπτοντες, καὶ οὕτως κτύπον ἀποτελοῦσι. τινὲς δὲ ῥύμβον αὐτὸν καλοῦσιν, ὡς καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις καὶ Ἀθηναῖος (Schmidt p. 69). Sine dubio rhombus convenit cum cavo illo buxo pice pleno, quem hodie pueri flagellis torquent in plateis (ein brummkreisel, eine nonne).

Sistrum vero, derivatum a verbo σείω, crepitaculum erat ex Aegypto oriundum. Propterea Virgil. Aen. VIII, 696 de Cleo- patra: patrio, inquit, vocat agmina sistro. (Cf. Plut. de Is. et Osir. c. 63, Apulej. Metam. XI p. 292, Hildebrand l. l. p. 644. Cum saeris Isidis delatum est Romam. Sistrorum variae ser- vatae sunt imagines, quae in universum in eo conveniunt, ut aeneum anulum exhibeant ovatum manubrio instructum, per cuius orbem plura commotacula mobilia transfixa erant, quae manu concussa sonum edebant eumque fortasse harmonicum.

Acetabula autem, Graece ὀξύβαφα, ὀξύβαφοι, nec non ὀψό- βαφα quam formam Suidas exhibet, vasa erant fictilia vel aenea, secundum Cassiodorum etiam argentea, secundum Suidam con-

sulto e varia materia confecta, quae bacillo percussa sonum edebant harmonicum ad instar instrumenti, quod germanice vo- catur ein glockenspiel. Eorum inventorem Suid. v. Διοκλῆς Dioclem Atheniensem antiquae comoediae poetam nominat, for- tasse confusum cum Diocle Eleata, qui eodem teste v. Ἀλκι- δάμας de re musica scripsit, cf. Meinek. Hist. com. p. 253. De instrumento adeas Bellermann. in Anon. de Mus. p. 28. Hoc vel simili quodam instrumento usi videntur Lasus et Hippasus Metapontinus (quibus tertius accedat Eubulides ex Boethio de Mus. II, 18) in studiis acusticis, de quibus Theo rettulit de Mus. c. 12, accuratius Zenob. II, 91.

§. 3.

De Cymbalis, Tympanis. Symphonia.

Multo maiorem vero, quam omnia, de quibus hucusque diximus instrumentis, celebritatem et usum nacta sunt Cymbala et Tympana, de quibus Senec. Quaestt. nat. II, 29: 'item' in- quit 'tympana et cymbala sonant, quia illa repugnantem ex ulteriore parte spiritum pulsant, haec et ipsa aere non nisi cavo timiunt.' Haec instrumenta Cybelae sacra, v. hymn. Hom. XVII, 3:

> ᾗ κροτάλων τυπάνων τ᾽ ἰαχή, σύν τε βρόμος αὐλῶν
> εὔαδεν·

ipsi Homero ignota fuerunt, cf. Millin. Monum. Ined. T. I, 164. *Cymbala* autem formam habebant cotyledonis foliorum, qua de re ad Dioscoridem et Scribon. Larg. compos. 55 provocant. Simillima erant nostris cymbalis (becken), magis tamen cavata, quippe ex quibus secundum Clem. Alex. Protr. p. 11, 3 bibi posset. Aenea erant (κύμβαλα ἦν πλατέα καὶ μεγάλα χάλκεα Io- seph. Antiqq. VII, 12, 3) ideoque saepe *aera* vocantur, sine dubio cuprina, mox aurata. Concutiebantur ambabus manibus at- que sonus ita editus a Graecis ψόφος, a Latinis timitus voca- batur, Catull. 65, 261. Virg. Georg. IV, 64. Ovid. Fastt. III, 342. Arnob. III, 32. Inventa erant et primum in Rheae saeris usurpata a Phrygibus, Himer. ecl. 13, 3: πρῶτοι γὰρ Φρύγες αἰτίαν ἔχουσιν αὐλῷ τε ἐμπνεῦσαι καὶ ταῖς τελεταῖς ἀναμῖξαι τὰ κύμβαλα. E Phrygia in Cretam insulam translata. Et ne Ae- gyptiis quidem ignota erant, v. Himer. or. XIV, 9. Eorum usum in sacris Liberi novit Ioh. Lyd. de menss. IV, 38: in panto-

minis Lucian. de salt. c. 68. Cymbalorum Musa fuit Erato, Arsen. XXXII, 83, quo loco pro Ἐρμῆς fortasse Ἐρατοσθένης Ἑρμῇ legendum est. Adeas de cymbalis praeter Lampium Hilde- brand l. l. p. 652 et Hoeck. Cret. I p. 220.

Cymbalum in Rheae sacris semper comitatum est *Tympa- num* sive *Typanum*, nostrum Tamburin, handpauke, circulus ligneus aut aeneus corium extensum cingens, qui altera manu motus, altera percussus est, nisi quis pectine sive plectro per- cutere maluit, v. Isid. Etym. II, 21, Perizon. in Ael. V. H. IX, 3 p. 538. *τύμπανα ῥήσσειν* dixit Alex. Aetol. in epigr. in Alcman. scripto, et Stat. Theb. X, 644 tympana rumpere dex- tra. Hoc quoque instrumentum Asiaticum fuit et etiamnunc in Oriente usitatissimum est, unde per Zigeunos ad Europaeos per- venit. Neque *βυρσότονον κύκλωμα* Corybantium apud Eurip. Bacch. v. 124 aliud est, quam tympanum. Cf. Hildebrand. l. l. p. 653, Hoeck. p. 219. Tympanorum imagines exhibet Spon. Miscell. erud. antiq. p. 21. In Rheae sacris tympanis plerum- que succinebant tibiae, vide locos a Perizonio congestos p. 539. Saepe igitur tibicinae eaedem erant tympanistriae, velut Oenan- the apud Plut. Amat. c. 9. Tympanistria erat Aeschinis ora- toris mater, Luc. somn. 12, abiecta ceteroquin mulier Empusa nominata, Bekk. Anecd. p. 250, quem locum Lobeckius illu- stravit in Aglaoph. p. 121. In bello autem tympana a barbaris tantum usurpata sunt, Sext. Empir. adv. Mus. p. 361, velut a Parthis, Iustin. XLI, 2, Plut. v. Crass. c. 23: *Πάρθοι γὰρ οὐ κέρασιν οὐδὲ σάλπιγξιν ἐποτρύνουσιν ἑαυτοὺς εἰς μάχην. ἀλλὰ ῥό- πτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείναντες ἠχείοις χαλκοῖς ἅμα πολ- λαχόθεν ἐπιδουποῦσι κτλ.*, etenim *ῥόπτρα* sunt *τύμπανα*. v. Etym. M. s. v.

Contra quae hodie apud recentiores in usu sunt tympana militaria, latino vocabulo *Symphonias* dixeris, de quibus ita Isidor. l. l.: 'symphonia appellatur lignum cavum, ex utraque parte pelle extensa, quam virgulis hinc et inde Musici feriunt.' Idem paullo ante de tympano: 'tympanum est pellis vel corium, ligno ex una parte extensum; est enim pars media (h. e. dimi- diata, ut Capitol. in Pio c. 4: aurum, quod oblatum fuerat, Italicis totum, medium provincialibus reddidit, cum Casauboni nota) symphoniae, in similitudinem cribri.'

§. 4.

De Fistula pastoricia seu Syringe.

Syrinx pro Panis invento habita est, id quod Phrygiam eius originem testatur, cum Pan ab omnibus inter Phrygiae deae comites referatur, v. Pind. Pyth. III, 139 et Schol. in h. l., Plut. Amat. p. 758. Fistula Pan cecinit in nuptiis Liberi et Ariadnae apud Himer. or. I, 5. Fuerunt qui traderent Panem accepisse fistulam a puerulo inter pascua ludente, velut Iulian. ep. 41. Alii tamen instrumentum confectum volebant a Pane in honorem Syringis nymphae, disparibus calamis compagine cerae inter se iunctis, ut ait Ovid. Metam. I, 711, adde Achill. Tat. VIII, 6 (eo in loco dicitur aliquis *τῇ σύριγγι αὐλεῖν*. neque aliter Eumath. IV, 18: *σύριγξ οἷον αὐλοῦσα*). Singuli calami ex longi- tudinis diversitate secundum soni acumen ordinati Graece voca- bantur *αὐλίσκοι*: totum instrumentum, quia calami arundinacei erant, *δόνακες*, Ael. ap. Porphyr. in Ptolem. p. 216: quia for- mam alae extensae exhibebat (Poll. IV, 69: *ὡς ὄρνιθος πτέρυγι τὸ σχῆμα προσεοικέναι*. Ovid. Metam. VIII, 191), interdum etiam *πτερόν* vocatum est, v. Bellerm. in Anon. de Mus. p. 28. Praeterea Hesychius habet: *σύριγγες ἐκ καλάμων πανδούρια*. Etiam Cassiodorus panduria inter inflatilia instrumenta recen- suit, et Byzantinis *πανδούριον* sive *πανδοῦριν* omnino tibiam significat, v. Reisk. in Const. Cerim. p. 361. Principalis autem de fistula eiusque inflatione locus est Achill. Tat. VIII, 6: *ἡ σύριγξ αὐλοὶ μέν εἰσι πολλοί. κάλαμος δὲ τῶν αὐλῶν ἕκαστος· αὐλοῦσι δ' οἱ κάλαμοι πάντες ὥσπερ αὐλὸς εἷς. σύγκειντοι δὲ στοι- χηδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλον ἡνωμένος· τὸ πρόσωπον ἰσοστάσιον καὶ τὸ νῶτον. καὶ ὅσοι εἰσὶ τῶν καλάμων βραχὺ μικρῷ λειπόμενοι, τού- των μείζων ὁ μετὰ τοῦτον, καὶ ὁ πρῶτος τοῦ δευτέρου τοσοῦτον, ὅσον τοῦ δευτέρου μείζων ὁ μετὰ τοῦτον, καὶ κατὰ λόγον οὕτως ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορὸς ἕκαστον τοῦ πρόσθεν ἴσον ἔχων, τὸ δ' ἔσω μέσον ἐστὶ τῷ περιττῷ. αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης τάξεως ἡ τῆς ἁρμονίας διανομή· τὸ μὲν γὰρ ὀξύτατον ἄνω, καὶ ὅσον εἰς τὸ κά- τω πρῶτον βαρύ, κατὰ κέρας ἑκάτερον ὁ ἄκρος ἔλαχεν αὐλός· τὰ δὲ μεταξὺ τῶν ἄκρων τοῦ ῥυθμοῦ διαστήματα. πάντες οἱ μεταξὺ κά- λαμοι, ἕκαστος ἐπὶ τὸν πέλας τὸ ὀξὺ καταφέρων ἐς τὸν τῷ τελευ- ταίῳ συνάπτει βάρει. ὅσα δ' ὁ τῆς Ἀθηνᾶς αὐλὸς λαλεῖ, τοσαῦτα καὶ ὁ τοῦ Πανὸς ἐν τοῖς στόμασιν αὐλεῖ. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οἱ δάκτυ- λοι κυβερνῶσι τὰ αὐλήματα. ἐνταῦθα δὲ τοῦ τεχνίτου τὸ στόμα μι-

μεῖται τοὺς δακτύλους. κἀκεῖ μὲν κλείσας ὁ αὐλητὴς τὰς ἄλλας ὀπάς, μίαν ἀνοίγει μόνην, δι᾽ ἧς τὸ πνεῦμα καταρρεῖ. ἐντεῦθεν δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἐλευθέρους ἀφῆκε καλάμους, μόνῳ δὲ τὸ χεῖλος ἐπιτίθησιν, ὃν ἂν ἐθέλῃ μὴ σιωπᾶν. μεταπηδᾷ δ᾽ ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλον, ὅποι ποτ᾽ ἂν αὐτὸν ἡ τοῦ κρούματος ἁρμονία καλῇ. οὕτως αὐτῷ περὶ τοὺς αὐλοὺς χορεύει τὸ στόμα. Cuius loci verba cum in universum plana sint et intellectu facilia, minora quaedam menda, quae vel post nuperas Hirschigii curas remanserunt, expedire non potui. Ceterum reliqui etiam erotici scriptores pastoriciae fistulae mentionem saepe fecerunt. Instrumenti imagines in veterum monumentis ubivis sunt obviae.

§. 5.
De Tibiis.

Quin ex pastoricia fistula tibia prodierit, vix dubium est. Nam qui soni edebantur singulis calamis disparibus longitudine, iam in unum transferebantur calamum, cuius aer inclusum modo porrectum per singula spiracula modo compressum dispari flatu eosdem sonos edebat. Illud autem instrumentum, quod intelligendum quotiens de *αὐλῷ* sive de tibia in universum sermo fit, proprie convenit cum eo instrumento, quod nobis Italico vocabulo vocatur clarinetta, Gallice flûte à bec. Calamus enim instructus erat lingula (ein mundstueck), quam Graeci *γλῶσσα* sive *γλωσσίς* (cf. Lobeck. in Phryn. p. 229) vocant, quae demi potuit et in *γλωσσοκομείῳ* servabatur, v. Poll. X, 153. Midas Agrigentinus tibicen cum olim in Pythiis aut Panathenaeis improviso lingulam fregisset, mirantibus spectatoribus continuavit cantilenam ipso calamo tamquam fistula usus, itaque victoriam reportavit, v. Schol. Pind. Pyth. XII, 1. Lingulae frequentiore usu contritae vocabantur *ἐξηνλημέναι* sive *παρεξηνλημέναι*, Etym. M. s. v. Leutsch. in Zenob. V, 65. Ipse tibiae calamus sive tubus vel arundinaceus erat, vel ligneus, vel osseus. Phrygum *ἔλυμοι αὐλοί* buxo constabant, Poll. IV, 74. Tibiae Lybicae loto, Athen. IV p. 182 D, Poll. l. l. Imprimis calamis inserviebant ossa tibialia cervorum, Ath. et Poll. l. l. Schol. Arist. Ach. 871, v. Spanhem. ad Callim. p. 294, nec non asinorum, quae imprimis suavem sonum edere censebantur, Plut. sapp. conv. c. 5. Eburneae erant tibiae Phoenicum. Aes ab initio modo ornatus caussa adhibitum videtur, quamquam de Pind. Pyth. XII, 25, quem versum Thierschius in Introd. p. 55 ad aeneam lingulam

rettulit, non liquet, velut in *Θηβαίῳ αὐλῷ* Thebanorum, de quo ita Poll. IV, 75: *Θηβαῖοι μὲν αὐτὸν ἐκ νεβροῦ κώλων εἰργάσαντο, χαλκήλατος δ᾽ ἦν τὴν ἔξωθεν ὄψιν*: postea vero etiam ad augendum sonum, quo pertinet illud Horatii de art. poet. v. 202 sqq.:

> tibia non ut nunc orichalco vincta tubaeque
> aemula, sed tenuis simplexque foramine pauco,
> adspirare et adesse choris erat utilis, atque
> nondum spissa nimis complere sedilia flatu.

Habebat autem calamus extremus foramen principale *βόμβυξ* vocatum (*βόμβυξ τὸ μέγιστον καὶ πρῶτον τρύπημα τοῦ αὐλοῦ* Schol. Aristot. p. 832 a, 45; interdum vero *βόμβυξ* totum calamum significat), et aliquot foramina lateralia *τρυπήματα*, de quorum numero ita Poll. IV, 80: *καὶ τέως μὲν τέτταρα τρυπήματα εἶχεν ὁ αὐλός. πολύτρητον δ᾽ αὐτὸν ἐποίησε Διόδωρος ὁ Θηβαῖος, πλαγίας ἀνοίξας τῷ πνεύματι τὰς ὁδούς*. Ab initio tibia unum tantum tonum exhibuit. Postea Pronomus Thebanus, Alcibiadis in arte tibina magister, complures tonos in unam eandemque tibiam transtulit, Athen. XIV p. 631 E, Paus. IX, 12: nimirum osseos quosdam calamo addidit bacillos, quibus singula foramina pro toni necessitate modo claudi modo aperiri possent. Eiusmodi bacillos aliquotiens deprehendimus in tibiis, quas veterum monumenta exhibent, v. Boettiger opusc. min. I p. 24, Caylus Rec. d'antiq. III, 206—268. Quid vero sint *ὅλμοι* sive *ὑφόλμια* apud Poll. IV, 70 non intellego: fuerunt qui aut de lingula acciperent, aut de ornatu nescio quo calami. Optimam tibinam arundinem tulit Boeotia apud Orchomenum et Cephissum fluvium, v. Pind. Pyth. XII, 27, ubi scholiasta parum accurate loquitur: *τοὺς δόνακας λέγει, οἳ παρὰ τῷ Ὀρχομενῷ φύονται, ἐξ ὧν αἱ αὐλητικαὶ γλωσσίδες γίνονται. ἐν γὰρ τῷ Κηφισσῷ οἱ αὐλητικοὶ κάλαμοι φύονται.* Quomodo ex arundine illa calami tibini, imprimisque lingulae fabricarentur, docuit Theophr. Hist. Plant. IV, 11, post eum Plin. H. N. XVI, 36.

Porro tibia aut monocalamus est sive monaulus, Athen. IV p. 175 F, cuius inventorem Plin. H. N. VII, 56 Panem nominat, aut duplex. Duplex autem aut ex duobus constat monaulis, v. Gerhard. Imagg. Vett. 85, aut ex binis calamis, unde *συνωρίδας αὐλῶν* dixit Nonn. Dionys. XX, 301, per unam lingulam coniunctis, cui non iam *γλωσσίς* sed *ζεῦγος* nomen erat, v. Salmas. in Solin. p. 83. Utrum vocabulum *δίοπος* apud Athen.

IV p. 176 F binos calamos an foraminum numerum spectet, dubium est. Iam vero calami aut pari longitudine erant, fiebantque tibiae pares, *αὐλοὶ ἴσοι*. quemadmodum *αὐλοὶ παροίνιοι* apud Poll. IV, 80 in conviviis adhibiti: aut impares erant tibiae, quemadmodum *αὐλοὶ γαμήλιοι*. quas nuptiales tibias vocavit Cicero, zygias Apuleius, de quibus ita Pollux l. l. *καὶ τὸ μὲν γαμήλιον αὔλημα δύο ἦσαν αὐλοί. μείζων ἅτερος. συμφωνίαν μὲν ὑποδηλοῦντες. μείζω δ᾽ εἶναι χρῆναι τὸν ἄνδρα.* Pertinent huc sine dubio tibiae masculae et femineae Herodoti I, 17: *ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων καὶ αὐλοῦ γυναικηίου τε καὶ ἀνδρηίου.* Conferatur omnino Boeckhius de Metr. Pind. p. 265, unde haec describere iuvat: 'pares aut dextrae sunt. hoc est acutae, aut sinistrae, hoc est graves. Imparium altera erat dextra, altera sinistra. Varro ap. Serv. ad Aen. IX, 618. Tibia Phrygia dextra unum foramen habet, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem' quamquam Varronis verbis equidem non multum tribuo.

Singula quae ferebantur tibiarum genera et species pendebant omnino a calami longitudine et differebant soni sive acumine, sive gravitate. Longissimae erant tibiae masculae sive *ἀνδρεῖοι αὐλοί*. quas Poll. IV, 81 ait virorum choris succinuisse, aut *πρὸς τὸ ἄχορον αὔλημα*. ut in Pythico nomo, adhibitas esse. Didymus apud Athen. XIV p. 634 E duas earum species distinxit *αὐλοὺς τελείους* et *ὑπερτελείους*. Secundum locum *αὐλοὶ παιδικοί* tenebant de quibus Athen. IV, 176 F: *εἰσὶ δ᾽ οἱ αὐλοὶ οὗτοι ἐλάσσονες τῶν τελείων.* vocabantur etiam *ἡμίοποι*. Athen. IV p. 182 C. Canebant his tibiis in conviviis, sine dubio puerorum choris interpositis. Contra virginum choris succinebant *αὐλοὶ παρθένιοι*. Poll. IV, 81. Alia tibiarum genera nomina tulerunt non a structurae diversitate, sed a vario usu, veluti *Πυθικοὶ* et *δακτυλικοὶ αὐλοί*, tibia Minervae, de qua supra dixi in commentario, praeterea *αὐλοὶ τραγικοὶ* et *λυσιῳδοί*. nec non *κιθαριστήριοι αὐλοί* cithararum concentum comitantes. Nam recentiore imprimis aetate saepissime citharae cum tibiis concentum edebant *συναυλία* vocatum, Schol. Arist. Eqq. v. 9, Athen. XIV p. 617 F, Spanhem. in Callim. p. 471. Ceterum de propria synauliae notione inter veteres parum convenit, quippe quam Semus Delius apud Athenaeum l. l. interpretatus sit per *ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖος αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ. χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος.* Hesychius autem provocans ad Soph. fr. 79 per *ἡ ὑπὸ δυοῖν ἐπιτελουμένη αὔλησις.* Tenendum igitur certe vocis concentum a synaulia alienum fuisse; tum vero modo diversorum instrumentorum ut citharae tibiaeque, modo binorum eiusdem generis instrumentorum concentum ita vocatum fuisse, haud secus ac in nostra musica instrumentorum concentus, qui vocatur duetto.

Longissimae fuisse videntur Arabum tibiae, ita ut *Ἀράβιος αὐλητής* ad notandum hominem garrulum ac loquacem in proverbium abierit. Zenob. II, 39: *φασὶ τοὺς Ἀραβίους ἐν ταῖς νυκτεριναῖς φυλακαῖς κεχρῆσθαι αὐλῷ ἐπιμήκει. τὸν δ᾽ αὐλὸν τοῦτον διαδέχεσθαι ἄλλον ἀπ᾽ ἄλλου. καὶ αὐλεῖν πῦρ ἀνακαίοντας ἄχρις ἂν γένηται ἡμέρα.* Aliorum scriptorum locos, velut Libanii ep. 758, congessit Leutschius ad h. l. Secus tamen Diogen. I, 28 rettulit: *μετῆκται δὲ ἀπό τινος Ἀραβίου αὐλητοῦ. ὃς ηὔλει μὲν δραχμῆς. ἐπαύετο δὲ τεττάρων.* Exiguam tibiam spithamae longitudine acutissimoque sono (*ὀξὺ καὶ γοερὸν φθεγγόμενος*) a Phoenicibus et Caribus in lessu adhibitam Athenaeus IV p. 174 F *γιγγράινον αὐλόν* (*γίγγραν. γίγγρον*) commemoravit. — Fuerunt etiam transversae tibiae, *πλάγιοι αὐλοί*. nostris tibiis simillimae, de quibus ita Poll. IV, 74: *αὐλῶν δὲ εἴδη πλάγιος. λώτινος. Λιβύων τὸ εὕρημα. πλαγίαυλον δ᾽ αὐτὸν Λίβυες(?) καλοῦσιν.* Hae quoque tibiae, quarum imagines exhibet Mus. Capitol. IV, 57, Pio Clement. V, 113, v. Iahn. Symb. Archaeol. p. 191. 436, pro Panis invento habebantur, cf. Bion. Id. V, 7. Neque multum differt *φῶτιγξ*. Aegyptiorum inventum, v. Iubam apud Ath. IV p. 175 E. 182 E. Et ne *μάγαδις* quidem *αὐλός*. instrumentum Lydium quod simul acutos et graves sonos edebat. diapason igitur intervallum excedebat, et plerumque citharae succinebat, v. Athen. IV p. 182 D: *ὁ δὲ μάγαδις καλούμενος αὐλὸς ὁ καὶ πλαγιομάγαδις* (ita enim Meinekius coniecit pro *παλαιομάγαδις*) *ὀνομαζόμενος. ἐν ταὐτῷ ὀξὺν καὶ βαρὺν φθόγγον ἐπιδείκνυται.* Porro in censum venit singularis quaedam tibiae duplicis Phrygiae species, *ἔλυμοι αὐλοί* graviter sonantes, v. Athen. l. l. p. 176 F, cuius calami extremi flexa erant sicut cornua, Poll. IV, 74: *ἔλυμος τὴν μὲν ὕλην πύξινος. τὸ δ᾽ εὕρημα Φρυγῶν. κέρας δ᾽ ἑκατέρῳ τῶν αὐλῶν ἀνανεῦον πρόσεστιν.* Habebat etiam cornuum *κώδωνα* ad instar tubae, ut idem tradit Athen. IV p. 185 A: *ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Φοίνικι ὁ αὐτὸς Ἴων φησίν· 'ἔκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ' οὕτω λέγων τῷ Φρυγίῳ. βαρὺς γὰρ οὗτος. Παρ᾽ ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν. ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι.* Vocabantur etiam *σκυταλίαι* (*κατ᾽ ἐμφέ-*

ρειαν τοῦ πάχους) et imprimis in Cypro insula, deinde etiam in reliqua Graecia in usu erant, ut idem tradit Athen. p. 177 A. Cf. Gerhard. Imagg. vett. 112 et 108, 2, ubi alter tantum calamus curvatus est altero recto. Dicendum etiam de *tibia utricu lari* h. e. tibia, quae inflatur ex utre. recens sine dubio eius inventum erat, quippe quam unice norim ex Dione Chrys. or. LXXI, 9, ubi de Nerone sermo est, ni fallor: *φασὶ δὲ καὶ ... ἴκα νὸν αὐτὸν εἶναι καὶ αὐλεῖν τῷ τε στόματι καὶ ταῖς μασχάλαις ἀσκὸν ὑποβαλόντα. ὅπως διαπεφευγὼς ᾖ τὸ αἰσχρὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς.* Cf. Sueton. v. Neron. c. 54: 'voverat se proditurum hydraulam, et choraulam, et utricularium.'

Sonum tibiae imitabantur Graeci per vocabulum *Τήνελλε*, quod proprie initium erat hymni Archilochii in Herculem compositi, v. Schol. Arist. Avv. 1775. Arist. Eqq. 276, Leutsch. in Paroem. I p. 455. Paullo aliter tamen de vocis significatione statuit Eratosthenes in Schol. Pind. Ol. IX, 1: *Ἐρατοσθένης φησί. ὅτι. ὅτε ὁ αὐλητὴς ἢ ὁ κιθαριστὴς μὴ παρῆν. ὁ ἔξαρχος αὐτὸ μεταλαβὼν ἔλεγεν ἔξω τοῦ μέλους. ὁ δὲ τῶν κωμαστῶν χορὸς ἐπέβαλε τὸ καλλίνικε κτλ.* Cf. Liebel. Archil. p. 178, Boeckh. in Pind. l. l. Ad vitandam vero deformem et inhonestam oris speciem, spiritumque aequabiliter in flando distribuendum, usi sunt tibicines *φορβειᾷ*. h. e. vinculo e pellibus, quo labra et os constringebantur, relicta rima, per quam lingula tibiarum posset immitti, ut cum Salmasio loquar in Solin. p. 583, cf. Gerhard. Imagg. vett. 86. Hesychius v. *φορβειά: ἡ αὐλητικὴ στόμις. λέγεται δὲ καὶ ὁ χειλωτήρ.* de usu apparatus testantur Schol. Arist. Vesp. 580: *ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσῃ.* Praeterea tibicines in canendo scabellum pedibus submittebant ad indicandos numeros pulsatione, *βάταλον* sive *κρουπέζαι* vocatum. Schol. Aesch. c. Tim. p. 126 ex Meinekii emendatione in Hist. com. p. 336: *καὶ νῦν δὲ οἱ αὐληταὶ ὑποπόδιον διπλοῦν ὑπὸ τὸν δεξιὸν πόδα ἔχοντες. ὅταν αὐλῶσι. καταχροίουσιν ἅμα τῷ ποδὶ τὸ ὑποπόδιον. τὸν ῥυθμὸν τὸν αὐτὸν συναποδιδόντες. ὃ καλοῦσι βάταλον.* Adde Phot. Lex. p. 180, 21: *κρουπέζαι: ξύλινα ὑποδήματα — οἱ δὲ κρόταλον. ὃ ἐπιψοφοῦσιν οἱ αὐληταί. τὸ βάταλον.* Disputavit de scabellorum usu Casaub. in Suet. Calig. c. 54.]

Tibia autem quin peregrinum esset instrumentum, nemo quantum scio, inter Graecos dubitavit. Eius patriam aut Phrygiam ferebant, Himer. ecl. 13, 3, v. comment. p. 84, 48, aut Lybiam Ath. XIV p. 618 C. Nam eae fabulae, quae Minervae

tibiae inventionem tribuunt, Pind. Pyth. XII. Bion. Id. V, 7. recentioris videntur originis. Certe ea, quae de tibiis a Minerva abiectis, a Marsya arreptis, deque certamine eius infelice cum Apolline tradebantur, Atticorum sapiunt facetias, id quod Boettigerus exposuit in Opusc. min. I p. 12. E Phrygia tibia cum Rheae sacris delata est in Cretam insulam.' etenim Curetes secundum Phoronidis testimonium apud Strabon. X p. 723 Phryges erant et tibicines, e Creta in reliquam Graeciam, non vero ante Troici belli tempora. Homerus enim tibiae usum apud Troianos tantum novit, Il. *K*, 11 sqq., de quo passim veteres monuerunt, Schol. Il. Σ, 495, Olympiod. ad Plat. Phaed. p. 18, 2, ad Alcib. p. 66, Athen. I p. 16 A: *ὁ γοῦν Ἀγαμέμνων αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν ἀκούει. εἰς δὲ τὰ συμπόσια οὐ παρήγαγεν. πλὴν ἐν τῇ ὁπλοποιίᾳ γάμων γενομένων αὐλοὺς μνημονεύει. τοῖς δὲ βαρβάροις ἀποδίδωσι τοὺς αὐλούς.* Cf. Hoeck. Cret. I p. 223, Lobeck. Aglaoph. p. 298. Mox autem per totam Graeciam tibiarum usus propagatus est imprimis cum Liberi sacris, v. Athen. IV p. 184 D, itaque Corinthi, Sicyone, Argis, maximeque apud Thebanos, quorum vel publica instituta tibiarum cantui favebant, v. Plut. v. Pelop. c. 19, in flore erat. De Spartanis dixi in comment. p. 89, 13. Tibiarum studium iam ante belli Medici tempora a Thebanis Athenas delatum primo ingentem plausum tulit, v. Aristot. Politt. VIII, 6, Athen. IV p. 184 D. Itaque Theodorus, Isocratis Pater, tibiarum fabricatione tantam sibi paravit fortunam, ut non solum liberos optime instituere, sed etiam in gentis suae solemnibus chorum musicum instruere posset, v. Plut. v. Isocr. Sed circa ochlocratiae tempora rursus studium tibiis canendi in desuetudinem abiit, imprimis postquam ab Alcibiade, qui totis Athenis pro honesti exemplari fuit, repudiatum est, Plut. v. Alcib. c. 2, Gell. N. A. XV, 17: 'ea res cum percrebuisset, omnium tum Atheniensium consensu disciplina tibiis canendi desita est.' Etiam Plato et Aristoteles, magni illi philosophi, arti tibinae parum favebant: omninoque ea invaluit opinio, citharae lyraeve tractationem maiorem erudiendi vim habere et longe praeferendam esse effeminanti tibiae cantui, cuius rei vel ad Ciceronem pervenit memoria, pro Mur. c. 13: 'ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse, qui citharoedi fieri non potuere.' Nihilo tamen secius semper Athenienses ad festorum solemnia permagno pretio Thebanos tibicines arcessiverunt, cf. Boeckh. Oecon. publ. I p. 132, Nevius in Bacchyl.

p. 72, Demosth. Mid. p. 43 A: τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποτε οὗτος· ἐγὼ δ' αὐληταῖς ἀνδράσι· καὶ ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα ἐκείνης τῆς δαπάνης πολλῷ πλεῖόν ἐστιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. Omninoque a festis, imprimis scenicis, ne recentissima quidem aetate tibiae exulaverunt, v. Philostr. v. Apoll. IV, 21. Thebis autem usque ad successorum Alexandri Magni tempora primaria sedes et quasi domicilium artis tibinae mansit, et unanimo quidem totius Graeciae consensu. Vide quae Dio Chrys. or. VII, 121 eleganter narravit. Sane Thebani non sine aliqua superbia huius laudis conscii erant, cf. Menand. de laudd. p. 360, 22 Speng.

De tibiis olim peculiari libro exposuit Bartholinus. Post eum egregie disputaverunt Spanhemius in Callimachum et Iulius Sommerbrodt in Encyclopaedia Hallensi, quorum curas meum in usum converti.

§. 6.
De Tubis et Cornibus.

Tubam, σάλπιγγα, Graeci pro Tyrrhenorum invento habuerunt (Τυρρηνῶν δ' ἐστὶν εὕρημα κέρατά τε καὶ σάλπιγγες Athen. IV p. 184 A.), ideoque Tyrrhenicae nomen gessit. Aenea erat, Soph. El. v. 709, cf. Eumath. V, 3: ὄναγρος τὴν γλῶσσαν εἰς Τυρσηνικὴν μετεχάλκευσε σάλπιγγα. De eius forma lucem accipimus ex Achill. Tat. IV, 4, qui de elephanti proboscide κατὰ σάλπιγγα μέν, inquit, καὶ τὴν ὄψιν καὶ τὸ μέγεθος. Neque multum differt descriptio bucinae (βυκάνη) Iudaicae apud Ioseph. Antiqq. III, 12, 6 T. I p. 176, 5 Bekk. *). Ad augendum sonum exiit tuba in κώδωνα. Ipse sonus (tuba φθέγγεται sive ἀναβοᾷ, Osann. in Apulei. de orth. 32; μυκᾶται fere semper apud Nonnum in Dionys.) altus erat et vehemens et asini paene rugitum aequavit, Plut. sapp. conv. c. 5, atque Ioseph. Antiqq. III, 7, 7 T. I p. 157, 18 ψόφον τῶν κωδώνων cum tonitrus fragore comparavit.

In universum autem tuba pro vili instrumento habita est et nullius pretii, unde proverbium illud αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις apud Diogen. I, 15. Usurpata est ad canenda classica in proeliis et ludis sacris. Certe Argivi et sine dubio alii quoque Graeci tuba utebantur in bellis, Paus. II, 21, 3. cf. Schol. Soph. Aiac. 14, Eurip. Phoeniss. v. 1386. Argivi quoque Minervam utpote bellicam deam tubarum antistitem fecerunt, cum iam ab aliis ipsi tibiae consecratae essent, cf. O. Mueller. Dorr. II p. 327 n. Atque Hegelaum Herculis nepotem Argis Minervae Salpingi templum condidisse tenebat fama, v. Paus. II, 21, 3, Hesych. v. σάλπιγξ, Lycophr. v. 915 et Scholl. Quodsi Himer. or. XXII 6 Musis tubas tribuit, vocabulum σάλπιγξ ut saepe apud Sophistas translate usurpatum est, sicuti recentiores de gloriae tuba adeoque bucina loquuntur, cf. Wernsdorf. ad h. l. p. 759. Quod ad usum tubarum in ludis sacris attinet, in universum idem Himer. or. XII, 1 προπομπεύουσι, inquit, τῶν ἀγωνοθετούντων αἱ σάλπιγγες. Atque in descriptione Pythici certaminis in Soph. El. v. 709 cursoribus in stadio signum canitur tuba:

> στάντες δ' ὅθ' αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβῆς
> κλήροις ἔπηλαν καὶ κατέστησαν δίφρους
> χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος ᾖξαν

idemque tradit in descriptione Pythici certaminis Heliod. IV, 3. Argivi tubis usi sunt in celebrandis Liberi mysteriis, Plut. de Is. et Osir. c. 35. Atque verisimile est artem tubicinum et praeconum (ὁ σάλπιγξ i. q. ὁ κῆρυξ Hesych.) cum Olympiae, tum in reliquis ludis sacris singulare quoddam certaminis genus constituisse, v. Boeckh. Oecon. publ. II p. 361.

Neque aliter Romani. 'Etiam apud Romanos in ludis circi et amphitheatri signum commissionis dabatur tuba, ut ait Sidon. carm. XXII, 339 et Lips. Saturn. II, 19 p. 136' Wernsdorfius ait in Himer. or. XII, 1. Cf. Liv. XXXIII, 32: 'Romani ad spectaculum consederunt et praeco cum tubicine, ut mos est, in mediam arenam, unde solemni carmine ludicrum indici solet, processit'. Tubae et cornua in exercitu adhibebantur ad classica canenda, Tac. Annall. I, 28. De discrimine autem inter tubas, bucinas quas Graeci βυκάνας vocant, lituos et cornua parum constat. Videtur tamen non magnum fuisse, quippe cum Ioann. Lyd. de magistr. I, 46 τουβίκινες per σαλπισταὶ πεζῶν, βουκινάτορες per σαλπισταὶ ἱππέων, et de menss. IV, 50 lituum (ἀπὸ τῆς λιτῆς) per ἱερατικὴ σάλπιγξ interpretatus sit. Tubicen a Graecis vocatur σαλπιστής sive σαλπιγκτής (σαλπικτής v. Piers. Moer. p. 534), etiam αὐλητής ut ab Achill. Tat. II, 22 (neque aliter Luc. Deor. Diall. XII, 1 αὐλεῖ τῷ κέρατι). Cornicen est κεραύλης. Ceterum cornuum mentionem Graeci scriptores, nisi qui Romanorum res militares describunt, quantum scio raro

*) Iudaeos tubam accepisse ab Aegyptiis ex nomine Hebraeo *sophar* collegit Seyffarth. Theol. sacr. Aeg. p. 118.

faciunt, ut Xen. Anab. II, 2, 4: ἐπειδὰν σημήνῃ τῷ κέρατι. Signa dare Graece dicitur aut ὑποσημαίνειν (Thucyd. VI, 32: τῇ σάλπιγγι σιωπὴ ὑπεσημάνθη) aut ἐνδόσιμον διδόναι (ἐνδιδόναι τὸ σύνθημα Himer. or. III, 9. διδόναι τὸ σύνθημα id. or. XIV, 31). Hoc dicitur etiam de chori magistro praecinente. A musica arte deinde ad alia transfertur locutio et incitandi vim habet, v. Gatak. M. Anton. p. 336, Perizon. Ael. V. H. XIV, 41. Veluti Herodian. III, 6, 10: προθυμίας καὶ ἀνδρείας τὸ ἐνδόσιμον τοῖς στρατιώταις ἔργῳ διδούς et VI, 3: τοὺς εἰς ὠμότητα παροξύναντας τῷ τε θυμῷ τὸ ἐνδόσιμον αὐτοῦ διδόντας εὔνους καὶ πιστοὺς ἔδοξε φίλους. Cf. Dio Chrys. or. LVI, 4: οὐδέ γε τῶν χορῶν τοὺς κορυφαίους τυγχάνω πυνθανόμενος, οἵ τινες καλοῦνται, τοὺς σημαίνοντας καὶ μέλος ἐνδίδοντας.

§. 7.

De Organo Hydraulico et Pneumatico.

Organum Hydraulicum sive *Hydraulus* (ὕδραυλις) consummatio quaedam et perfectio tam fistulae pastoriciae, quam tibiae utricularis, vulgo pro Ctesibii clarissimi illius mechanici veteris invento habetur, qui teste Aristocle apud Athen. IV p. 174 regnante Ptolemaeo Euergete secundo vixit, pro quo Euergeten primum substituendum esse viderunt viri docti. Cf. Buttmann. in Comment. Acad. Berol. a. 1811 p. 169. Sunt tamen inter veteres, qui hydrauli inventum Archimedi tribuerint, velut Tertull. de an. c. 14, de spect. c. 10, cf. Claudian. de cons. Mall. Theod. v. 315. Quin immo panarmonium illud Platonis de rep. III p. 404 D fuisse, qui de hydrauli aliqua specie acciperent, tradit Athen. l. l. Ac duae quidem hydrauli supersunt ex antiquitate descriptiones, altera Heronis Spirit. p. 227 sq., altera Vitruvii X. 13, inter se parum discrepantes, a Buttmanno egregie illustratae. Habebat igitur hydraulus iste paucas tantum fistulas, quae ligneis quibusdam pinnis, ut in nostro organo, cuius antica pars pinnas clavichordii habet, etsi aegre et magna cum virium intentione tangebantur. Compressione aquae arcae aeneae inclusae, quam aliquot pueri organarii (ὑδραυλοί) movebant, fistulae aëre inflabantur. Num vero Driebergio invent. pneum. Graec. Berol. 1822 p. 58 assentiendum sit, qui contendit Vitruvii organum complures voces, ut recentiore in hac re vocabulo utar, Heronis unam tantum habuisse, illud igitur polychordum, hoc monochordum fuisse, alii videant. Imperatoribus Romanis hydraulica in deliciis fuerunt, velut Neroni, Suet. v. Ner. c. 41. 54, Elagabalo, Alexandro Severo, Ael. Lamprid. c. 27.

De *Pneumatici Organi* inventione parum constat. Attamen Hero l. l. p. 229. 230 iam unam eius speciem commemorat, cf. Drieberg. l. l. p. 61. Illa species, cuius fistulae, ut hodie, follium ope non iam aquae inflabantur, quarto demum saeculo post Christum in usum recepta videtur. Quam Iulianus imperator his versibus descripsit:

ἀλλοίην ὁρόω δονάκων φύσιν· ἦπου ἀπ' ἄλλης
χαλκείης τάχα μᾶλλον ἀνεβλάστησαν ἀρούρης
ἄγριοι· οὐδ' ἀνέμοισιν ὑφ' ἡμετέροις δονέονται.
ἀλλ' ὑπὸ ταυρείης προθορὼν σπήλυγγος ἀήτης
νέρθεν ἐυτρήτων καλάμων ὑπὸ ῥίζαν ὁδεύει·
καί τις ἀνὴρ ἀγέρωχος, ἔχων θοὰ δάκτυλα χειρός,
ἵσταται ἀμφαφόων κανόνας συμφράδμονας αὐλῶν·
οἱ δ' ἁπαλὸν σκιρτῶντες ἀποθλίβουσιν ἀοιδήν.

Quo in loco Heylerus p. 541 haec annotavit: 'quum in obscuro sit, quanam aetate et a quonam mortalium inventa sint organa pneumatica, hinc addiscere iuvat, illorum usum quarto iam saeculo fuisse cognitum. Coniicere licet, satis recens inventa fuisse, quae Iulianus tam miratione, quam descriptione dignabatur. Cui opinioni favet prior pars loci, quam ex Alexandri Sarpi libris de rerum inventoribus ita delibavit Beckmann in *Beiträge zur Gesch. der Erfind.* IV p. 467: organa fistulis plumbeis Byzantio in Galliam ad Pipinum regem transmissa fuisse dicuntur a Constantino Caesare *); alii putant, eorum usum Romae repertum a Viteliano pontifice. — Censente tamen Bartho in Advers. p. 956, qui et epigrammatis Iuliani mentionem iniicit, iam apud Tertull. de spect. c. 10, ubi organa memorantur, intelligenda sunt organa pneumatica Christianorum in templis recepta'. At ex Tertulliani verbis: 'quae vero voce et modis et organis et lyris transiguntur, Musas, et Apollines et Minervas et Mercurios mancipes habent' tale quidquam minime colligi potest. Sed committenda sunt Iuliani versibus Augustini

*) a. 757. cf. Ann. Lauriss. apud Pertz Monum. Germ. T. I p. 141, et Ann. Mettens. p. 333, quo in loco inter alia dicitur: 'organum, quod antea non visum fuerat in Francia' — unde iure colligendum videtur instrumenti usum vulgatiorem fuisse in Oriente quam in Occidente.

verba in Ps. LVI, 16: 'organa dicuntur omnia instrumenta musicorum: non solum illud organum dicitur, quod grande est et inflatur follibus, sed quidquid aptatur ad cantilenam et corporeum est, quo instrumento utitur, qui cantat, organum dicitur'. Cf. Isid. Etym. III, 20 et Cassiod. in Ps. CL: 'organum est quasi turris quaedam diversis fistulis fabricata, quibus flatu follium vox copiosissima destinatur, et ut eam modulatio decora componat, linguis quibusdam ligneis ab interiore (l. anteriore) parte construitur, quas disciplinabiliter magistrorum digiti reprimentes, grandisonam efficiunt et suavissimam cantilenam'. Puto tamen Cassiodorum de hoc instrumento fando tantum accepisse, alioqui Varr. II, 40 citharam non pro perfectissimo instrumento laudavisset. Apud Byzantinos organa non in ecclesiis, sed in circo et interdum in imperatorum conviviis adhibita sunt. Novissimam hydrauli mentionem in versibus Leon. Mag. in baln. aul. imp. apud Matranga Anecd. Rom. p. 567:

ῥόος ὑδάτων ἀπείρων
μέλος ὀργάνων προπέμπει
ἀφανῶς ἄνευ κρατοῦντος
βασιλεῖ πλέκων τὸν αἶνον.

invenisse mihi videor.

De Organis quaedam congessit Cangius in Glossar. Gr. v. ὄργανα. Adde Murator. Antiqq. Ital. T. II p. 536. Accuratius primus exposuit Meisterus de vet. hydraulo in Nov. Com. soc. reg. sc. Gotting. T. II p. 158. Post eum Buttmannus et Driebergius, quorum libros ii adeant, qui accuratius hac de re edoceri cupiunt. Summatim denique Rheinwaldus in Encycl. Hal. S. III T. V p. 151 sqq.

§. 8.

De organorum genere tensibili. De Monochordo et Helicone.

Organa tensibilia apud Graecos vulgatissima fuisse videntur, eorumque permulta nominantur genera, quamquam ne Alexandrinis quidem grammaticis ultra nomina certiora de iis innotuerant. Imprimis autem chordarum numerus in dubium vocabatur. Alii enim polychorda instrumenta nova esse sibi persuaserant, quippe mirati, Anacreontem de magadide loqui viginti chordis instructa. Aliter tamen Euphorio iudicavit, cuius verba supra scripsi p. 79, 3. Atque Artemon apud Athen. XIV p. 637 C. multa instrumenta tam ignota esse affirmat, ut ne illud quidem sciri possit, utrum re vera in usu fuerint aliquando, an sub diversis nominibus unum idemque lateat instrumentum. Itaque primum ea segreganda sunt, quorum usus ad artis tantum speculationem pertinebat, ad rimandas sonorum et intervallorum rationes mathematicas. Huc prae ceteris referendum *Monochordum.* Quod qui laudat Ptolem. Harm. II, 12 addit tamen: καὶ τῆς χρήσεως δὲ ἕνεκεν (adverbium ἕνεκα saepe scriptores Attici, raro recentiores ita usurpaverunt. Dio Chrys. or. XXXVII 32: διαβολῆς μὲν γὰρ ἕνεκα καὶ Σωκράτης εἴη τῶν νέων διαφθορεύς. Liban. or. III p. 176 R: εἰ δ᾽ οὐκ ἀπήγγελον, ἠγνοεῖτ᾽ ἂν ἕνεκα γ᾽ ἐμοῦ τὰς νίκας) ἔσχατον ἂν εἴη πάντων τὸ ὄργανον τοῦτο καὶ ἀσθενέστατον. Invenerat Monochordum sive κανόνα, cuius de constructione consulendi Nicom. Ench. p. 79, Euclid. p. 37, Aristid. p. 116 sqq., cf. Boeckh. de Metr. Pind. p. 208 sqq., secundum Diogenem Laertium Pythagoras, et subinde omnes disquisitiones harmonicae ab hoc instrumento profectae sunt, Ptolem. Harm. I, 2. Tamen Simus Harmonicus, fortasse non diversus ille a Simo Posidoniata, quem Iamblichus commemoravit, monochordi inventionem pro sua venditavit, Porphyr. v. Pyth. c. 3. Similis usus in re harmonica *Heliconis* fuit instrumenti quadrichordi, cuius accuratam descriptionem, secundum Ptolem. Harm. II, 2 et Aristid. p. 117 sqq., Uhdolphus dedit Harm. p. 7 sqq.

§. 9.

De Lyra et Cithara.

Omnium vero instrumentorum usitatissima fuerunt Lyra et Cithara. Quae cum Graecae nationis quasi propriae essent, paene ad unum omnes earum inventionem ad deos rettulerunt auctores, ut recentiores demum, Euhemeri puta sectatores, ut Strabo libro decimo citharoedicae musicae origines e Thracia adeoque ex Asia repeterent. Re vera autem quin inter utrumque instrumentum aliquid discriminis intercesserit, negari non potest, quod non in forma constabat externa, de quo Burettus et Forkelius I p. 200 sine idonea veterum auctoritate cogitaverunt, sed in chordarum intentione, id quod liquide apparet e Ptolem. Harm. II, 16 (Arist. Quint. p. 101 coll. Boeckh. de Metr. Pind. p. 260), quem locum difficiliorem musicae peritiores adeant. Itaque discrimen fortasse ad id redit, quod inter recentiora duo instrumenta est, quorum alterum Italo nomine viola, alterum

viola di braccio appellatur, a quorum confusione, quia species et forma externa prope eadem est, nisi musicus, nemo tutus est. Quid mirum igitur a veteribus lyrae citharaeque nomina sexcenties promiscue esse usurpata? Itaque dicebatur λύρᾳ κιθαρίζειν atque Hesychius (λύρα· κιθάρα) et Suidas (κιθάρα· ὄργανον μουσικόν, ἢ λύρα) nullum omnino discrimen statuisse videntur, quod tamen secus est apud Pollucem. Neque recentioribus tantum imputanda haec confusio, sed vetusti quoque scriptores et probati in ea peccaverunt. Neque enim in hymno Homer. in Mercur. quidquam inter lyram et citharam interest, neque in Aristoph. Nubb. 1360, cf. Spanhem. Comment. Lips. V. II p. 435. Plato autem in Euthyd. p. 289 C ἡ γὰρ λυροποιική, inquit, h. e. ars lyras fabricandi, καὶ ἡ κιθαριστική, h. e. ars lyras pulsandi, πολὺ διαφέρετον ἀλλήλοιν. Et de Legg. VII p. 812 B iubetur citharista cantilenam a discipulis cantandam lyra praecinere. Neque aliter Xenoph. Conviv. c. 3: συνηρμοσμένῃ τῇ λύρᾳ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐκιθάρισεν ὁ παῖς καὶ ᾖσεν. Item Himerius, fortasse lyricorum ut in aliis secutus exemplum, in or. IV, 9 de cithara Orphei et Amphionis loquitur, cum in alia oratione eidem Orpheo lyram tribuerit.

Ut a lyra incipiamus, primum notandae sunt ineptae quorundam grammaticorum ariolationes etymologicae, velut auctoris in Boissonad. Anecd. Gr. IV, 458: λύρα προσηγορεύθη διὰ τὸ λύτρον ὑπὸ Ἑρμοῦ δεδόσθαι τῆς κλοπῆς τῶν βοῶν τοῦ Ἀπόλλωνος, καθάπερ φησὶν Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ· λύρα βοῶν ῥύσι᾽ ἐξερρύσατο, neque non Schol. Nic. Alex. 560: μισθωτὸς γὰρ ὢν Ἀδμήτου ὁ Ἀπόλλων ἔβοσκεν αὐτοῦ τὰς βόας οὓς ἔκλεψεν ὁ Ἑρμῆς. καὶ φωραθεὶς ἔδωκεν αὐτῷ ἀντίλυτρον τὴν κιθάραν τὴν ἐκ τῆς χελώνης αὐτῷ κατεσκευασμένην. τὴν λεγομένην χέλυν (cf. Bion. Id. V, 7), ὅθεν καὶ λύρα ἐκλήθη, οἱονεὶ λύτρα τις οὖσα ὑπὲρ τῶν βοῶν. Sine dubio etiam lyrae nomen, ut fere omnium instrumentorum nomina, Asiaticae originis est. Vulgo autem lyrae inventio et heptachordae quidem Mercurio tribuitur. Mercurius enim in Chelydoreis Arcadiae montibus (v. Paus. VIII, 17, 4) testudinem invenit, e cuius testa secundum hymnum Homer. in Merc. lyram ita confecit:

πῆξε δ᾽ ἄρ ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο
πειρήνας διὰ νῶτα λιθορρίνοιο χελώνης·
ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι,
καὶ πήχεας ἐνέθηκ᾽ ἐπὶ δὲ ζυγὸν ἤραρεν ἀμφοῖν,
ἑπτὰ δὲ συμφώνους οἴων ἐτανύσσατο χορδάς —

quae Lucian. Diall. Deor. 7, 4 metri vinculo soluta ita reddidit: χελώνην που νεκρὰν εὑρὼν ὄργανον ἀπ᾽ αὐτῆς συνεπήξατο. πήχεις γὰρ ἐναρμόσας καὶ ζυγώσας, ἔπειτα κολλάβους ἐμπήξας καὶ μαγάδα ὑποθεὶς καὶ ἐντεινάμενος ἑπτὰ χορδὰς ἐμελῴδει πάνυ γλαφυρόν. Itaque Mercurius ab ima ad summam partem cavae testae bacillos arundinaceos perduxit, quibus pellem bovinam superintendit. Ita tympanum accepit sive βατῆρα*). Deinde in eo loco, ubi anteriores bestiolae pedes fuerant, duo bracchia sive cornua impigit, πήχεις, κέρατα, in extrema parte ligno transverso, ζυγῷ, ζυγώματι, iugo coniuncta. Contra in eo loco, ubi testudinis cauda fuerat, circa umbilicum (χορδότονον, χοινικίς, nobis ein saitenhalter) septem chordas intendit super tympanum interque cornua usque ad iugum porrectas, ubi verticillis (κόλλαβοι) fixae erant. Iam vero chordae supposito demum magadio (μαγάς, μαγάδιον, λύριον, germanice ein steg) sonum edebant, sive arundinaceo illo, unde δόναξ ὑπολύριος apud Aristophanem, sive corneo. Sublato vero magadio desiit chordarum concentus, ut Sophocles de homine subito obmutescente dixerit ὑφῃρέθη σου κάλαμος, ὥσπερεὶ λύρας. Postea vero lyrae structura eo immutata est, ut iam remoto amplo tympano speciem eius ligni referret, quod in nostris clavichordiis pedale vocatur. Eius partes erant duo cornua (πήχεις, κέρατα, ἀγκῶνες), iugum (ζύγωμα), atque lignea basis instrumenti, quae sine ullo discrimine βατὴρ et χορδότονον vocabatur (Iamblich. v. Pyth. 118, Athen. XIV p. 637 C), nimirum quia cava erat ab interiore parte et pro tympano erat.

Citharae speciem a lyra haud ita multum diversam fuisse supra dictum est. Eius inventorem aut ipsum ferebant Apollinem, velut Bion. Id. V, 7, aut a Mercurio inventam Apollini donatam esse volebant. Ioh. Lydus de menss. IV, 38: Ἑρμῆς κιθάραν δίδωσι μυθικῶς τῷ Ἀπόλλωνι, οἷον ὁ Λόγιος τῷ Ἡλίῳ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν. Contra in Alcaei aliquo hymno Apollo lyram accepit a patre Iove, Himer. or. XIV, 10. Apollinem citharoedum in Olympo Musis stipatum primus, quantum scio, commemoravit Hes. Scut. v. 201. 205. 'Apollo non solum mu-

*) *tympanum* voco *einen resonanzboden* secundum scholiastam Germanici in descriptione lyrae coelestis. Recte Scaliger in Manil. p. 422: 'omne cavum ab una parte, ab altera rotundum, tympanum (ὄστρακον) dicitur. Itaque margarita ad illud instar vocantur tympana, teste Plinio et post illum Isidoro'.

sico certamine superavit Marsyam et indice Tmolo Pana, et teste Paus. IX, 30 Mercurium ipsum, sed etiam cithara cecinit in nuptiis Pelei ac Thetydis apud Homer. Ω, 63, in nuptiis Cupidinis ac Psyches apud Apulei. Met. VI p. 183 et praecipue in nuptiis Admeti regis Pherarum delicati sui, cum Alcestide, quacum ipse conciliator fuerat teste Apollod. I, 9, 15. v. Callim. h. Apoll. v. 47, Plut. Amat. p. 761, Lactant. I, 10 et Schol. Eur. Alc. v. 1' — Wernsdorfii sunt verba in Himer. p. 327. Etiam in Liberi nuptiis cum Ariadne in Naxo insula celebratis Apollo sed lyra cecinit, Senec. Oedip. v. 488. Denique notandum est etiam Bacchum ipsum cum comitibus haud raro citharoedes repraesentari, qua de re Welckerum adeas Monum. vett. III p. 130.

De citharae pulsatione prae ceteris in censum venit locus Asconii in Cic. II Verr. I, 20, 53: 'quum canunt citharistae, utriusque manus funguntur officio. Dextra plectro utitur et hoc est *intus* est *foris canere*. Sinistrae digitis chordas carpunt et hoc est *intus canere*. Difficile autem est, quod Aspendius *) citharista faciebat, ut non uteretur cantu utraque manu, sed omnia i. e. universam cantionem intus et sinistra tantum manu complecteretur' — de quo mirum in modum erravit Scaliger ad Manil. Astron. (ed. Plant. 1600) p. 419. Potuit etiam ita cithara pulsari, ut instrumentum in gremio poneretur, chordae vero, ut in nostra harpa, ambabus manibus carperentur. Pectinis sive plectri usum ignorabat Homerus, de quo iam veteres dixerunt grammatici. Primum enim commemoratum est ab auctore hymni Homer. in Apoll. v. 7. Etiam in gemmis aliisque veterum monumentis chordae plerumque solis digitis sine plectro carpuntur, v. Perizon. Ael. V. H. III, 32 p. 260. Ex Achill. Tat. I, 8 colligo instrumentum plectro pulsatum altiorem edidisse sonum. In temperanda lyra (χορδολογεῖν Plut. de cap. ex inim. util. c. 3) initium capiebant a mesa sive media chorda. Dio Chrysost. or. LXVIII, 7: ἐν λύρᾳ τὸν μέσον φθόγγον καταστήσαντες ἔπειτα πρὸς τοῦτον ἁρμόζονται τοὺς ἄλλους· εἰ δὲ μή, οὐδεμίαν οὐδέποτε ἁρμονίαν ἀποδέξουσιν. Chordae sonum Graeci exprimebant per βλίτυρι vocabulum, de quo Lobeckius disputavit in Aglaoph. p. 1331, et Leutschius quaedam collegit in Paroem. Gr. I p. 387.

*) De *Aspendio* citharista v. Schweighaeuser. animadv. Athen. IV p. 174 D. In proverbium abiit ad notandum avarum et furem, Zenob. II, 30. Plut. prov. II, 20: οἱ γὰρ Ἀσπένδιοι τῶν κιθαριστῶν οὐδεμίαν φορὰν ἔξω φέρουσι, πάσας δ' ἐντὸς ὀργάνων.

De chordarum vero numero summa apud Graecos erat discrepantia. Itaque fuerunt, qui lyram ab initio tribus quattuorve chordis instructam fuisse censerent. Steph. Byz. v. Ἀσία: πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ. ἐν ᾗ τρίχορδος εὑρέθη κιθάρα. Tribus citharae sonis Apollo tria anni tempora miscet apud Orpheum qui fertur h. Apoll. XXXIV. Gravissimum sonum hiemem esse, medium ver, summum aestatem Diodorus tradit I. 16. Quartam chordam repetebant a nescio qua Meline. Lysanias (v. Schmidt. Didymi fragm. p. 396) apud Ael. Fest. Aphthon. p. 241 ed. Gaisf.: 'μέλος autem, quod ex his nascitur, dictum putant a Meline Oceani filia, quam primam IV chordis usam affirmat Lysanias'. Imprimis huc pertinet Frgm. post Censorin. c. 12: 'organum quondam habuit tres intentiones, gravem, mediam et acutam: inde Musae quoque tres olim existimatae Hypate, Mese, Nete' — et paullo infra: 'animadvertisse chordae iucunde sonantis (ita lego e coniectura) suavitatem in arcu sororis Apollinem tradunt et intendisse protinus citharam, tum notasse quod adstrictiora fila nervorum in acumen excitarentur, gravibus responderent remissa, inde fecisse tres primos, de quibus supra dictum est: hanc excepisse intentionem Linum (secundum codicum vestigia O. Iahnius Lycorum scripsit, ablegato lectore ad Paus. X, 6, 3: λέγεται δὲ καὶ ἄλλος διάφορος λόγος τῷ προτέρῳ. Ἀπόλλωνι ἐκ νύμφης Κωρυκίας γενέσθαι Λύκωρον. Etym. M. s. v. Λυκώρεια), quem quidem Apollinis filium tradunt et nymphae Paranesae, et Chrysothemidi reliquisse: ab eo adiunctum modum, qui synemmenos dicitur: hunc numerum auxisse Terpandrum adiectione diezeugmenu, qui primus a gravibus in acumen avertitur. deinde Timotheus addidit duos, paramesen et hyperbolaeon'. — Haec mera esse figmenta Delphicorum rectissime Iahnius dixit in annotatione p. 91. Neque pluris aestimanda sunt, quae Boeth. de Mus. I, 20 p. 1075, primum ex Nicomacho, deinde ex nescio quo antiquo auctore tradidit: usque ad Orpheum instrumentum quattuor chordis fuisse instructum: 'cuius quadrichordi Mercurius dicitur inventor. Quintam vera post Chorebus (l. Torebus) Athys filius adiunxit, qui fuit Lydorum rex. Hyagnis vero Phryx sextum his apposuit nervum. Sed septimus nervus a Terpandro Lesbio adiunctus est secundum septem scilicet planetarum similitudinem. His octavum Samius Lichaon adiunxit, atque inter paramesen, quae etiam trite dicitur, et paraneten nervum medium coaptavit, ut ipse

tertius esset a nete. Prophrastus autem Periotes ad graviorem
partem unam addidit chordam, ut faceret totum enneachordum
(hyperhypate). Hestiaeus Colophonius decimam in graviorem
partem coaptavit chordam. Timotheus vero Milesius undeci-
mam'. — In universum vero ea valuit opinio lyram citha
ramve vel a primo inde initio septem habuisse chordas, de qua
supra exposui p. 79, 10. Tamen singularia quaedam habet per-
sonatus ille Eratosthenes in Cataster. c. 24 Orpheum Calliopae
filium lyrae ex Musarum numero novem indidisse chordas.

Terpandri vero merita non in aucto chordarum numero
quaerenda sunt, sed in nova septem chordarum intentione et
divisione in duo tetrachorda. Nam septem illae chordae non
exhibebant diapason consonantiam sive Octavam, sed duo tan-
tum tetrachorda ita coniuncta, ut mese superioris tetrachordi
gravissimus sonus, eademque acutissimus sonus inferioris tetra-
chordi esset, et re vera medium teneret inter ternas chordas.
Iam Terpander omissa trite sive tertia chorda antiphonam ne-
tam addidisse fertur, ut diapason consonantia inde evaderet, v.
Aristot. Problem. XIX, 32. Itaque in hoc systemate a para-
nete ad paramesam intervallum incompositum trihemitonii erat.
Paramesa vero cum tertia chorda systematis ab acuto esset,
ipsa quoque tritae nomen ferre potuit, ut in Philolai fragmentis,
cf. Boeckh. Philol. p. 70. Quae cum ita sint, ne ii quidem
erraverunt, qui in antiquissimo systemate non tritam sed para-
mesam omissam esse contenderent. Octachordum autem perfecta
duo tetrachorda disiuncta complexum primus Pythagoras indu-
xit, quamquam fieri non potuit, quin vel post eius aetatem Ter-
pandri heptachordum in usu maneret. Postremum addendum
est unam citharae chordam nomen *ἴυγξ* gessisse, Schol. Aristid.
p. 318 A: *ἴυγξ — τινὲς δὲ λέγουσι χορδήν τινα κιθάρας πάνυ
ἐμμελῆ.*

Citharae sine dubio ligneae erant aut aeneae. Iam Phor-
minx Achillis Il. *I*, 187 iugo argenteo ornata erat. Phorminx
autem, quam putant veteres nomen tulisse quia facile circum-
portari potuerit, interpretantur enim *ἡ τοῖς ὤμοις φερομένη κι-
θάρα*, a lyra citharave aut nihil aut parum diversa fuit. Nam
cur Boeckh. de Metr. Pind. p. 260 eam genus citharae dixerit
eaque maiorem, non assequor. Quam artificiose citharae non-
numquam ornatae fuerint, ostendit cithara Euangeli, quam de-
scripsit Lucian. adv. indoct. c. 8. Et ne barbaris quidem cithara

ignota fuit, quippe qua Getae uterentur in legationibus de pace. Theopomp. ap. Athen. XIV p. 627 D. Is qui organa tensibilia qualiacunque fabricavit, vocabatur *λυροποιός*. Poll. IV, 64. Denique ii, qui cithara modulabantur sine voce *κιθαρισταί* et *ψιλοκιθαρισταί* dicebantur. *κιθαρῳδοί* autem, qui et vocem adiungebant, de quo inter alios dixit Menag. in Diog. Laert. III, 88. Ammon. v. *κιθαρίς: κιθαριστὴς μέν ἐστιν ὁ μόνον ψάλλων. κιθαρῳδὸς δὲ ὁ ᾄδων καὶ ψάλλων.* Schol. Aristid. T. III p. 4 A: *κιθαρῳδὸς κιθαριστοῦ διαφέρει, ὅτι ὁ μὲν κιθαρῳδὸς τῇ φωνῇ κέχρηται. ὁ δὲ κιθαριστὴς κρούειν μόνον ἐπίσταται.* adde Prolegg. Hermog. Walz Rhett. IV p. 7. Citharoedi plerumque satis superbo ornatu prodire solebant, v. Bergk. Comment. de com. ant. p. 383 coll. Plut. sapp. conviv. p. 161 B. Terpsichora musa lyrae antistes erat. Arsen. XXXII, 83.

§. 10.

De Barbito. Trigono, Magadide. Pectide. Sambuca. Phoenice.

Barbitum Graecis plerumque *ἡ βάρβιτος* (etiam *ὁ βάρβιτος* id quod Anacreonti Mehlhornius restituit), interdum etiam *τὸ βάρβιτον* vocatum, secundum Strabonem instrumentum erat peregrinum, lyrae simile, polychordum, v. Theocr. 16, 45. Trichordum tamen barbitum commemoratum est in Anaxilai fragmento apud Athen. IV p. 183 B. Imprimis in Lesbo insula usitatum erat, quapropter Lesboum vocatur ab Horatio Carm. I, 1, 34. Eius inventorem, h. e. eum qui primus in Graecia eius usum propagavit, Horat. Carm. I, 32, 4 Alcaeum, Athen. XIV p. 635 D Terpandrum, IV p. 175 E Anacreontem exhibet, v. Bergk. in Anacr. p. 250 sq. Vocabatur etiam *βάρμος* teste Athen. XIV p. 636 C, nec non *βαρύμιτον* teste Polluce IV, 59 (idem IV, 62 *μίτους* h. e. chordas inter partes organorum recensuit). Verbo *βαρβιτίζειν* usus est Aristophanes apud Poll. IV, 63.

Trigonum erat instrumentum nostrae Harpae simillimum, nisi quod brevissimae chordae pulsantis pectori adversae erant, de quo ita disputavit Ael. apud Porphyr. p. 216: *οἵ γέ τοι παλαιοὶ τὸ τρίγωνον ἐξ ἀνίσων τοῖς μήκεσι χορδῶν ἐποίησαν· μακροτάτης μὲν τῆς πασῶν ἐξωτάτω, ὑποδεεστέρας δὲ ταύτης τῆς πλησίον. τῶν δ' ἔτι ἐνδοτέρων καὶ πρὸς τῇ γωνίᾳ τοῦ ὀργάνου καθημένων κολοβωτέρων τοῖς μήκεσιν.* Secundum Iubam regem in historia theatri apud Athen. IV p. 175 D trigonum Syrorum erat inventum.

Egregie hoc pulsavit instrumentum Alexander Alexandrinus
Athenaei aequalis (IV p. 183 E).

De *Magadide* et *Pectide* inter veteres parum convenit. Vide
supra p. 80, 25. Itaque Anacreon apud Athen. XIV p. 634 C
magadidem vocavit instrumentum viginti chordarum. Contra in
Ionis aliquo versu secundum Aristarchi interpretationem tibiae
nomen fuit. Neque aliter Trypho in secundo *περὶ ὀνομασιῶν*
magadidem tibiam esse statuit, quae una graves et acutos sonos
edere posset, itaque Octavae intervallum excederet. Plurimi
tamen de organo tensibili vocabulum acceperunt. Ac primum
quidem Euphorio magadidem vetus instrumentum Mitylenensium
esse voluit, postea forma paullulum immutata *σαμβύκη* vocatum.
Pro Sapphonis autem invento Magadidem habuit Menaechmus,
neque diversam illam a Pectide. De hoc consensit Aristoxe-
mus, qui utrumque instrumentum sine plectro *διὰ ψαλμοῦ* pulsa-
tum esse voluit. Contra alii discrimen inter utrumque instru-
mentum statuebant. Apollodorus autem apud Athen. p. 636 F
convenire censebat magadidem cum recentiore psalterio. Porro
Telestes in dithyrambo, cui Hymenaeo nomen erat, quinque
chordas tribuit magadidi. Accedit Duridis commentum l. l.
p. 637 F, asseverantis instrumentum a Magdi quodam Thrace
nomen tulisse. Apparet ex tam diversis et pugnantibus testi-
moniis veram instrumenti formam et naturam erui non posse.
Magadidem pulsare Graece dicebatur *μαγαδίζειν*.

Sambuca autem, *σαμβύκη* *), instrumentum erat quadrichor-
dum acutissimi soni a Parthis, Syris et Troglodytis usurpatum,
de quo Euphorio *περὶ Ἰσθμίων* ex Pythagorae libro *περὶ τῆς*
Ἐρυθρᾶς θαλάσσης apud Athen. rettulit p. 633 F. Chordae huius
instrumenti erant valde pusillae, Arist. Quint. p. 101. Nomen
fuerunt qui a Sambuca Sibylla, aut a nescio quo Sambyce de-
rivarent, Athen. p. 637 B. Sambucistriam commemoravit Phile-
mon apud eundem IV p. 175 D, quo loco additur sambucae
aliquam speciem *Λυροφοῖνιξ* vocatam fuisse. Erat etiam
Phoenix instrumentum tensibile, secundum Ephorum apud Athen.

*) Casu factum est, quod *sampogna* Italicum fistulae pastoriciae no-
men aliquam similitudinem refert. Hoc enim derivandum a *symphonia*,
v. Diez Lex. Etym. Ling. Rom. p. 303, quod iam in Venant. Fortun.
aliquo versu: 'donec plena suo cecinit symphonia flatu' tibiae aliquam
speciem designat.

p. 637 B ita vocatum, quia Phoenicum erat inventum, secun-
dum Semum, quia cornua eius e phoenice Deliaca fabricata erant.

§. 11.

De Nabla. Cinyra. Psalterio aliisque instrumentis obscuris.

Nablas sive *Nabla* secundum Athen. IV p. 175 C instru-
mentum erat tensibile a Phoenicibus inventum, parum ut vide-
tur in Graecia usitatum. Est Hebraeorum Nebel ita descriptum
a Iosepho Antiqq. VII, 12, 3: *ἡ δὲ νάβλα δώδεκα φθόγγους* (chor-
das dicit) *ἔχουσα τοῖς δακτύλοις κρούεται.* Nablam non diver-
sam fuisse a *Psalterio* fortasse inde colligendum, quod *ψάλτης*
in Glossis vetustis explicatur per Nablio. Sane in Lexicis *ψάλ-*
τιγξ explicatur per *εἶδος κιθάρας*. Dicitur etiam *ψάλλειν πρὸς*
κιθάραν apud Heliod. I, 11 vel *ψάλλειν κιθάρᾳ* apud Achill. Tat.
II, 7. Psaltas autem miseros omnino fuisse homines et pauper-
rimos ex iis colligo, quae Plut. de adul. et am. c. 17, Ael. V.
H. IX, 36 narraverunt. Tamen nomen sibi fecit Alexander Ci-
therius aucto chordarum numero in psalterio, qui instrumentum
suum in templo Dianae Ephesiae suspendit, Iuba ap. Athen. IV
p. 183 C. Sed novissimus scriptor, qui nablam, quamquam in
poetica tantum locutione commemoravit, est sine dubio Leo Ma-
gister in Nupt. Leon. Imper. v. 14 apud Matranga Anecd.
Rom. p. 562:

δότε μοι νάβλαν δονῆσαι.

Nablio Graece dicitur *ναβλιστής*. Idem Iosephus l. l. *Cinyram*
ita descripsit: *ἡ μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη τύπτεται πλή-*
κτρῳ. Porro VIII, 3. 8 tradit Solomonem regem nablas et ciny-
ras electro fabricandas curasse. Est autem Cinyra Hebraeorum
Kiniroth, ut iam explodendi sint grammatici, qui nomen deri-
varunt a sono querulo et flebili.

Sunt etiam alia quaedam instrumenta admodum obscura,
quorum fere nomina tantum nobis servata sunt ab Athenaeo
aliisque. Veluti *Pandura* (v. supra in commate de tibiis) orga-
num trichordum ab Assyriis inventum, Poll. IV, 60, cf. Sal-
mas. Script. Hist. Aug. T. I p. 874. De antiquo instrumenti usu
in Graecia, quamquam *πανδουριστοῦ* nomen recentius erat, testa-
tur Euphorio apud Athen. IV p. 182 E. Hesychius: *πανδοῦρα*
ἢ πανδουρίς, ὄργανον μουσικόν. πάνδουρος δὲ ὁ μεταχειριζόμενος
τὸ ὄργανον. Tertiam vocabuli formam *φάνδουρος* servavit Nicom.
p. 8 coll. p. 67, qui dicit monochordum sive canonem Pythagori-

corum ita vocari. Porro *Scindapsus* instrumentum erat quadrichordum lyrae simile, v. Athen. IV p. 183 A et Iubam in Paroem. I p. 387. *Pariambis* commemoratur in versu Epicharmi apud Athen. l. l. p. 183 C, quam Santenius in Terent. Maur. p. 60 pyrrhichis succinuisse putavit, quoniam pariambus idem vocaretur pyrrhichius. Erant etiam Pariambides cantilenarum genus teste Polluce IV, 59: *παριαμβίδες νόμοι κιθαριστήριοι, οἷς καὶ προσηύλουν.* Eadem ambiguitas redit in *Clepsiambis*, quos Aristoxenus apud Hesychium *μέλη τινὰ παρὰ Ἀλκμᾶνι* dicit, contra Pollux et Athen. p. 183 F ex eodem Aristoxeno ad instrumenta musica referunt. Nempe apud Athenaeum Aristoxenus Phoenicem, Pectidem, Magadidem, Sambucam, Trigonum, Clepsiambos, Scindapsos, denique Enneachordum (diversum igitur a lyra novem chordis instructa) inter instrumenta musica barbara peregrinaque recenset. De Phyllidis autem Delii *) verbis e secundo de Musica apud eundem Athen. XIV p. 636 B: *ἐν οἷς τοὺς ἰάμβους ᾖδον, ἰαμβύκας ἐκάλουν. ἐν οἷς δὲ παρελογίζοντο τὰ ἐν τοῖς μέτροις κλεψιάμβους. μαγάδιδας δὲ τὰ διαπασῶν καὶ πρὸς ἴσα τὰ μέρη τῶν ᾀδόντων ἡρμοσμένα,* mihi non magis liquet, quam Welckero in Alcm. p. 9.

Ac ne ea quidem defuerunt instrumenta, quae viginti chordarum numerum excederent, sed parum usitata. Huc pertinent *Epigonium* et *Simicium*, de quibus Poll. IV, 59: *ἐπιγόνειον δὲ κέκληται μὲν ἀπὸ τοῦ εὑρόντος. ὁ δ᾽ Ἐπίγονος ἦν γένος μὲν Ἀμβρακιώτης, τιμῇ δὲ Σικυώνιος, πρῶτος ἐπικρούσας ἄνευ πλήκτρου. τό τ᾽ ἐπιγόνειον ἔχει χορδὰς τετταράκοντα, ὥσπερ τὸ σιμίκιον πέντε καὶ τριάκοντα.* De Epigonio Epigoni invento etiam Iuba apud Athen. IV p. 183 D, omisso tamen chordarum numero, ita loquitur: *ὃ νῦν εἰς ψαλτήριον ὄρθιον μετασχηματισθὲν διασῴζει τὴν τοῦ ἐσχηματισμένου προσηγορίαν,* unde cum Boeckhio de

*) Phyllis Delius incertae aetatis auctor compluribus libris scripsit *περὶ μουσικῆς* et *περὶ αὐλητῶν.* Fragmenta collegit Car. Muellerus Fragm. Hist. IV p. 476. — 'Phillis s. Phyllis musicus (Suid. s. v. *Φυλλίς*), Delo oriundus, laudatur Athen. I p. 21 F. XIV p. 634 D. 636 B. Suid. Phot. s. v. *σκολιόν*; schol. Plat. p. 341 Bekk. Sch. Luc. T. IV p. 116 Iac. (ubi *Φίλων*). Eius liber *περὶ χρόνων*, aut ex Nitzschii (Melett. I p. 79 sq.) coniectura *περὶ χορῶν*, affertur Anecd. Bekk. p. 783. Cf. Schneider de fontt. schol. Arist. p. 109 sq. Meinek. del. anth. p. 134 sq.' — Iahn. in Fragm. post Censorin. IX p. 87, quo loco Phyllis pro Follis in catalogum musicorum ante Aristoxenum clarorum receptus est.

Metr. Pind. p. 260 colligas instrumentum initio fortasse pauciores habuisse chordas. Videtur Epigonus iste Lasi aequalis fuisse, quippe cuius scholam musicam inter eas, quae Aristoxenum antecesserint, Porphyr. in Ptol. apud Meibom. Aristox. p. 79 primo loco referat. Porro Lasus et Epigonii statuebant *sonum habere latitudinem*, cui sententiae, quam illustrare sibi visus est Drieberg. in Lex. Mus. p. 45, parum favebant Pythagorici et Aristoxenus. Idem Epigonus primus *ἔναυλον κιθάρισιν*, succentum citharae cum tibiis exercuit, Athen. XIV p. 637 F, et chromaticum genus invenit, quod Boethius per errorem Timotheo Milesio tribuit. Neque multum de aetate viri discrepat Boeckhius l. l. p. 261. De alio instrumento, cuius *Sacadium* nomen fuit, iam supra dictum est p. 90. 25, quo tamen loco addere poteram fortasse fortuitam tantum intercedere nominis similitudinem inter hoc instrumentum sine dubio barbarum et Sacadam Argivum clarissimum tibicinem. Itaque unum tantum restat instrumentum, quod una cum inventore in desuetudinem rediit, *Tripus* Pythagorae Zacynthii, de quo Artemon conferatur apud Athenaeum XIV p. 637 C.

Sed de his hactenus. Nam si nihil aliud, certe hoc ex Plutarchi libello didici, *ὅτι ἀνώτατον καὶ μουσικώτατον, τὸ παντὶ τὸ προσῆκον μέτρον ἐπιτιθέναι.* Ampliorem vero veterum Musicorum catalogum alii loco seposui et tempori.

Index in Plutarchum.

Index in Commentarium.